R
3318

Primus in orbe Deos timor fecit.
Adde cap: 14 Sapient: in bibl: vbi
philo de origine Idolatriae.

Sibi ridendus praesens Democrite mundus
Esset, te risus perderet ille tuus.
Heraclite redi lacrymis mortalia plange
Jam magis atq olim quod lacrymoris
habes.

J. H. P. L.

R 13 B, 33. 43.

In aeternam jucundissimae amicitiae ~~[illegible]~~ memoriam atq debitae gratitudinis testificationem
Reverendo & docto viro Dn. Christiano Petraeo pastori Ecclesiae Lubradensis vigilantissimo hunc libellum donat Joachimus Hartmannus P. L.

Exiguo dono te vir reverende libello
Nominis ut nostri tu memor esse vi

Ἀποθέωσις hoc est relatio sive adscriptio in catalogum & numerum Divorum, qui by olim caeremonijs apud Romanos fieri consueverit vide Herodian: lib: 4

1

APOTHEΩ SEOS TAM EXTERARVM GENTIVM QVAM ROMANORVM DEORVM LIBRI TRES.

Nomina, Imagines, & earundem imaginum complectētes allegorias, autore D. Georgio Pictorio Villingano apud regiam curiam Ensishemij doctore medico.

*

His accedit rerum ac uerborum memorabilium Index satis copiosus.



BIBL: ACADEM: DORPATENS:

BASILEAE
M. D. LVIII.

4-XIII 6A
25473
1
1051848065

GENEROSO COMITI AC DOMINO, DOMINO VILHELMO VVERNERO, COMITI A B Zimber ac cæsareæ maiestatis consiliario domino suo Georgius Pictorius Villinganus doctor medicus & apud regiam curiam Ensisheimij superioris Alsatiæ archiater.

S. D.

ME id mouit, Generose comes, ut succisiuis tẽporibus, ociũ fugiens, de Gentilium dijs particula in medium exhiberem, quæ tuæ dominationi dicarem quod apud Nabathæos receptum moris fuisse nouerim, ut qui rempub. literariam, uel etiã minutula re auxissent, Præmio ex publico ærario, uelit aliquo maiestatis diademate digni, honestarentur Existimãtes nimirum, id quod res est, bonas literas in imum casuras, diuq; uigere non posse, si nemo de se eruditionis aliquot specimẽ præberet, ac omnes inerti otio torpentes in utrãuis, quòd dicitur, aurem somnum Endimionis dormirent. Sed miraberis proculdubio, COMES ILLVSTRIS, quòd ego tumultuarius, tibiq; ignotus meis scriptis, tuam dominationem ineptius obstrependo, à tam arduis tuis negotijs auocem, tuumq; patrocinium

aduersus liuidulorum ramidum examen(dũ nasutum adeo & uersipelle hoc nostrum est seculum, ut semper in aliena toxicum spiret) mihi uelut ἀνεξίκακος Herculem duxerim, atq; in eius sinu tanquam sub Aiacis clypeo, me tutum asseruandum statuerim, ubi referã, amplis. heroem dominũ Georgium, comitem ab Helfenstain, & illustrem Baronem ab Gundelfingen, iam regium uice tenentem, ut sic dixerim, Oenoponti, singularem causam fuisse & occasionem, qui de tuæ dominationis candore atq; perspecta humanitate tam magna pollicitus est, ut ures in unum congesserim, atque frontem urbanam in me, ad eandem scribendo recuperim. Hanc enim usque adeo in excellentissimo doctrinarum fastigio surrectam dixit, ut facile quæuis, etiamab imi subsellij uiris, procata fronte excipere dicerit. Maxime tamen quæ annos sapiant et antiqua censeri possint, quorum uel occeanum, si necesse sit, spectaculi uice exhibere ualuerit, & ita profecto exhibere ut illi præfatæ tuæ dominationi, Ptholomeum uincere Philadelphum. Stratonis discipulum non admodum graue, si certandum sit, quisque duxerit, quem adeo diligentem studiosumque antiquitatis inquisitorem fuisse historiæ narrant, ut etiam in sua corporis infirmitate imbecillitate, per antiqua, si oblata fuissent, refocillationem ac doloris tyrannide, sibi diuerticulũ quæreret, & bybliothecam rerum antiquarum ubertissimam, in primum Alexandrinorũ atque Romanorum bellum

bellum durantem erigeret. Mitto igitur GENEROSE COMES hæc ad te quadia qualia sunt ex multorum autorum penario certe corrasa, quæ annos habere, proculdubio quisque, si mentem habeat, deprehendet. Nam uel cæco compareat Iouem antiquitati connumerandum, qui trecentum triginta sex annis Romæ, nostra adhuc monstrum orta salute in Capitolio uenerabile stetit numen. Et Herculem quoque, quem quadringentis annis ante uirginis partum in maximo lignorum defectum, Diagoras cibos coquendis, securi in minutissimas partes, est diuisus. Vestam item & Iunonem, quas Empedocles, Pythagoræ discipulus, in præcio habuit, & Saturnum atque Ianum qui Troia diruta Aeneam præcesserunt, Mercurium etiam qui Mosis tẽpore floruit. Hæc igitur, GENEROSE COMES, tibi dicata, pro humanitate quæ flores, benignus accipe, silectum digna iudicaueris, lege, & uelut animi synceri pignora, si Aethna ronchos Aristarchi spirauerit, defende, ac persuasum habe, beneuolentis esse pro rerũ facultate exigua donasse, optimeq; uolentis, si quis te totum donat atq; offert. Bene ualeat dominatio tua & Pictorium clyentulorum tuorum, si censebitur, elencho inscribe. Interim ego precabor ut qui cuncta regit, tibi annos tribuat, quo diutius tuis præsis & regas. Datæ Ensisheimij superioris Alsatiæ, anno salutis sesquimilesimo quinquagesimo septimo, die mensis Decemb. primo.

CANDIDO LECTORI. S. D.



ogo, humaniſs. lector, hæc mea de dijs ſuſq; deq; ſeras leuiora ſcripta, perſuaſum habens, me ſaltem tibi ampliora & doctiora ſcribendi occaſionē præbuiſſe, fuiſſet certe animus, plura, magisque prolixa in tanta harum rerum uberitate in mediū dediſſe. Aſt Syſiphius ille labor, ut uix à homine ſalutauerim negocium, me perterruit, dum citra pulueremq; citraq; netium facile quemuis priſcæ theologiæ ſtudioſum, pro noto, ſibi proprium, etiam ex nihilo re, deum feciſſe, pateat: Exemplo ſunt Aegyptij qui Cepas & Allium coluerunt, Et Indi qui maximas arbores deos nominare non ſunt ueriti, unde tales ferro incidiſſe, capitale apud eos fuerat: Quidam non præſentius numen habuerunt quàm uiſcum in querna arbore naſcens, Item Syri qui occæcatis animis piſces et Columbam adorauerūt, Troglodítæ quoq; qui teſtudines, ſicut Heliopolitani bouem, Memphitæ Vaccam, Lētipolitani Leonem, Capram & hircum Mendeſij, Lycopolitani lupum et Thebani aquilam, Nec non qui Boriſthenem inhabitant Enſem, Quidam fœtidum cibum. Democritus, licet philoſophus, inſaniuit tamen Beneficium & pœnam ſibi deos faciens, Pauſanias quoque

que uiolentiam numen habere dicens: Complures pecuniam (quam Cicero belli neruum dixit) reginā deorum arbitrati ſunt, & Carniā multi, Febrem, Canem, Felem item numinis uice adorauerunt. Cuius farinæ uel myriades centum reperias. Ea igitur, mi optime lector boni conſulas oro: & ſi aliquid inter legendum tibi occurrat quod ſpongia dignū iudicaueris, tuū erit uel expungere, uel aſteriſco acerbius notare: Nam à doctioribus uinci, turpe eſſe non duximus. Vale lector amice. Datæ Enſisheimij, anno uirginei partus milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, die menſis decemb. ultimo.

AVTO-

AVTORES E' QVORVM MO/
numentis hæc ſunt excerpta.

ALbricus
Ariſtoteles
Alex. ab Alexan.
Alex Aphrod.
Anglicus
Aeſchilus
Ariſtophanes
Apollodorus
Antonius Ferrar.
Athanæus
Apuleius
Albertus Magnus
Auguſtinus
Anacharſis
A. Gellius
Aratus
Beatus Rhenan.
Cleantes
Cicero
Catullus
Cornelius Tacitus
Cornificius
Cœlius Rho.
Codrus Vrceus
Caluus
Diodorus Siculus.
Eraſmus Rot.
Euſebius.
Enclides.
Fulgentius.
Franciſcus Picus.
Franciſcus Philel.
Flaccus.
Heſichius
Hainricus Petri.
Hermes.
Homerus.
Heſiodus.
Helianus.
Iulius Firmicus
Iſidorus.
Iuuenalis.
Ioan. Picus.
Ioan. Heroldus.
Lippius.
Lactant. gram.
Lactant. Firmian.
Lucianus.
Leuinus.
Mapheius

Cor-

Cornelius Baſſus
Cenſorinus
Chriſippus
Marcus Varro
Martianus
Manilius
Manuellus
Naſo
Orpheus
Oth. Iuſtinius
Octauius Cleophilus
Propertius
Plinius
Paleph tus
Pindarus
Plato
Plutarchus.
Fhornutus
Pontanus
Procluus
Ptolomeus
Probus
Politianus
Pſaltes
Philelphus
Pampinius
Qu. Fabius
Rufus Perinth.
Marullus.
Martialis.
Macrobius.
Seneca
Solinus.
Sextus Pompeius.
Saluſtius.
Strabo.
Seruius.
Spanhemius.
Tibullus.
Theocritus.
Vergilius.
Valerius Maxim.
Guilhelmus Gratolorus
Xenophon.

4 5 PRI/

PRIMVS LIBER
DE IOVE.

THEOPHRASTVS. EVANDER.



THEO. Quanta non solum exterarum gentium, sed etiam totius orbis dominatoris populi Romani uecors in dijs eligendis superstitio fuerit, nõ omni statim describeris Euander, etiamsi cẽtumq; odisseas scripseris. EVAN. Quidum habuerunt tam copiosum delectum gentes? THEO. Si dijs placet, quem M. Varro sollicita quadam indagine in unum conscribere statuit. Sed fatigatus in medio laboris fũnem reduxit. EVAN. Quamobrẽ. THEO. Quod rẽ aggressus esset, propter tot Mænandros, numero Platonico, licet Thesei filum adsit, difficiliorem. Nam supra sex milia deorũ religiose cultos testatur. EVAN. Vnũ ego credidissem. THEO. Quem? EVAN. Deũ qui cuncta uerbo creauit & quem Pythagoras, licet falsis examillatus sacris, ἁπλοῦν, hoc est simplicem nominat, seu multitudinis nescium, qui totius rerum naturæ causa est & origo, qui sapientia infinita & prouidentia perspicacissima cuncta regit, roborat, uiuificat, lenit, mulcet & deus deorum est. THEO. Sed prisci

M. Varro deorum sex milia dixit.

Pythagoræ deus ἁπλοῦν dicitur.

prisci senili theologia diuersum censuit, & cuiq; rei tameisi minutula foret, deum fecit præsidem, cui templum erexit, aras ornauit, stratum tecit, mystes statuit, & sacra certo tempore obtulit. Non satis fuit duodecim coluisse quos Aeneas Penates dixit & græcorum uulgus μεγάλους θεούς, hoc est magnos deos, qui reliquos genere famaq; præcellerent, et infinitæ potestatis forent, quoniam nomina hæc sunt, Iuppiter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo, Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, & Venus. Sed ab istis etiam alios fecerunt, quos Varro in spicilegio selectos quod eorũ numina usitatiora forent, nominauit. Ianum quippe, Saturnum, Genium, Plutum, Bacchũ, Solem, Lunam, & Tellurem. Et geniales, qui gignendarum rerum uim obtinerent, Aquam Terram, Ignem & Aerem. EVAN. Ergo deorum numerus Pythagoræ subter fugerit artem. THEO. Maxime, Nam Lares quoq; habuerunt quos inferiores deos dixerunt, ut priuatarum ædium, triuiorum, uiarum, & urbium curam gererent, unde & dij præstites nuncupati. Hij Dymon, Tychis, fuerunt, Heros & Anachis, Item ruris deos, & agricolarum quos uitæ durioris homines & rustici coluerunt, quorum notiores Rubigus fuerunt, Flora, Minerua, Pan, Lympha, & Bonus Euentus, obscuriores Proserpina & Tututilina quæ frumentis preessent germinantibus, Nodinus, qui nodis & geniculis culmorum curam gereret, Volutina quæ

Penates uel magni dij.

Dij Selecti qui.

Dij geniales.

Lares qui.

Ruris dij.

Ruris dij obscuriores.

quæ frugum folliculos & inuolucra curaret, Patelena ut folliculos aperiret, Hostilina ut hostimentũ hoc est æquamentum segetibus adderet, Hora item, Lactucina, & Matura quæ lactescentibus & maturascenti/bus presiderent frumentis. EVAN. Vndas numerans Theophraste uela complica, ne tot existentibus dijs, cum Varrone in medio quoq; succumbas. THEO. Nequaquàm, Nam suscepto labori uniuersam addere coronidem mei non est instituti: Sed quicquid susceptiest salutandum à limine saltem duxi, Attende igitur,

Dij indigetes

indigetes uelut astruptitios quoq; magno superstitio/nis cultu uenerati sunt ueteres: Vel ideo quod de re/publica propter eximias belli pacisq; artes bene me/riti essent, & ciuibus patriæq; periculis obuiam cun-do profuissent, Ex quorum albo Castor fuit Pollux, Aeneas, Hercules, Romulus, & Romani Cæsares quorum opera & uirtute res quoq; Romana creuis/set & imperij fines late propagati forent, nominibus tamen subinde mutatis: Nam pro Romulo Quirinũ dixerunt, pro Rhea deorum matrem, pro Læda Ne/mesin, pro Circe Maricam, Indi Iouem pluuium deum nominarunt indigetem, & gangem fluuium, quos in anno carmine inculto, certis diebus religiose uenerati sunt Meroitæ Herculem, Pana, & Isim, Germani Tuistionem deum Terra æditum, & Mannum februm Astymphalysi Achillem, Veneti Diomedem, Aegyptij Isidem, Mauri Iubam, Pœni Vranum, Macedones

Gabium

Gabium, Latini faunum, Lybici Psaphonem, & gens Iuxta Naucratim Theutum. EVAN. Hui super omnẽ Irin gentium in deorum cultu extitit uanitas. THEO. Nondum finis est, Dij supersunt patrij qui singulis ur/

Dij patrij qui

bibus prefuerant, præsides et propugnatores patriæ, sicut Apollo & Minerua Athenarum fuerunt tutela-res, Thebis Liber & Hercules, Iuno Carthagini quam humano cruore placabant. Venus Cypro, & Papho, Apollo Rhodijs, Lemno Vulcanus, Naxo Bacchus, Cizicenis Pallas, quæ hanc urbem pro dote acceperat, Cretensibus Diana, quam Britomartem dixerunt, Thespiensibus Cupido. Hos omnes præci/puo honore sic coluerunt ut nefas foret eorum numi-

Numina deo-rum manifes-tare plebi ne-fas erat.

na cunctis palam fecisse, quod ab hostibus euocati/ones numinum fiuuras timerent. Vetus enim mos

Mos fuit ob-sessores urbiõ euocare nu-mina.

erat ut in urbium obsidione, ubi ad ultimam dimicati/onem uentum erat, Tutelares deos sub quorum præ-sidio urbs obsessa erat, certo carmine & uerbis con-ceptis in nouas sedes euocarent, templaq; ampliora & solennes aras, illis promitterent, Turpe opinati deos urbium præsides, urbe hostiliter direpta, uelut mancipia captiuos habere. Hinc multæ urbes sponso/res à suis dijs petebant, quo certiores essent, suos præsides per hostium blandimenta nõ posse euocari. Tyrij obsidione pressi Herculis simulachrum, quod

Tyrij Hercu-lis simulachrũ catena liga-uerunt.

magna ueneratione tutelare habuerũt, ne urbem de/sereret, aurea catena deuinxere. EVAN. Cessa, Theo/

phraste,

phraſte, ne illud ex Theocriti Charitibus in te conueniat.

Nanq; perinde fiet quaſi ſi numerare labores
Quot uenti è Pelago trudant ad litora fluctus.

THEO. Recte mones, Sed quia uanæ religionis incidimus caliginem, non ab re duxerim huic negotio, uel modicum laboris, ne Eurotam contempler, impendiſſe. EVAN. Id ſumopere cupio, Incipe ſaltem ut dimidium habeas, Nam qui cepit dimidium habet, Flacco teſte. THEO. In mora non ſum, ſed id me ſuſpenſum reddit quod unde exordiar, neſciam. EVAN. A diis quos maiorum gentium deos ab initio dixeras. THEO. Iupiter ergo propter nominis ſui maieſtatem primus mihi penſum præſcribet: Nam iuuans pater quod mortales, arbores, herbas, et cuncta iuuet: Marco Varroni & Orpheo dicitur ueterum theologis deus opt. max. diuum hominumq; rex, & pater, Vniuerſi anima & Deus omnipotens, quæ omnia uel tribus bolis Orpheus hoc carmine oſtendit. Iuppiter omnipotens, eſt primus & ultimus idem Iuppiter eſt caput & medium, Iouis omnia munus Iuppiter eſt fundamen humi ac ſtellantis olympi Iuppiter & mas eſt & fœmina neſcia montis Spiritus eſt cunctis, ualidi uis Iuppiter ignis. Eſt pelagi radix, ſed lucra eſt Iuppiter ipſe omnipotens rex eſt, rei omnis Iuppiter ortus. EVAN. Tãti gentes fecerunt Iouem? THEO. Tanti Nam Iouem arbitrati ſunt aerem eſſe, cui concipiendi gene-

Qui cepit dimidium habet.

Iuppiter iuuans pater.

Iouis omnipotentia.

Iuppiter aer qui cuncta nutrit.

randiq; uis ineſt & cuncta uegetando nutrit, Quod facile percipitur ex hoc Theocriti uerſu ad Battum.

Iam pluit & claro nunc Iuppiter ethere fulget.

Et Pauſanias oſtendit quando Athenis ſimulachrum Terræ fuiſſe ſcribit à Ioue pluuiano comprecantis, quem Iouem pluuium dictum idem aſſerit, uelut Tibullus his uerbis innuit. Athenis ſimulachrum Terræ.

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres
Arida nec Pluuio ſupplicat herba Ioui.

Macrobius Lutetium quaſi lucis autorem in Saliorũ carminibus dixit. Græci Aethereum hoc eſt clarum, quod Iouem etiamnum Solem crederent. Opitulum alij quaſi opem egenis ferentem, Multi centumpedam hoc eſt immobilem, Dictæum quidam à promontorio Candiæ, ubi apum fanis aliquandiu fotus latuit, Ideum quoq; ab Ida monte in quo religioſe honeſtatus eſt templo, quod omnem Phrygiam à terræ motu per mortem Anchuri filij Midæ expiatus liberaſſet, Papyrius ob victoriam à Ioue contra Iamnites conceſſam, Victorem dixit, Et Cuſtodem Domitianus quum eum à furore Vitellianorum ſub editimi habitu cuſtodiſſet, Capitolinum complures à Capitolio in quo ſimulachro fictili per Tarritanum affabre facto, ueneratus eſt, Seleuco Syriæ regi fulminator nominatus eſt quod in ſtructuram quam ad maris littus condiderat fulmine ſeuiſſet, Sed Romulo feretrius quia regem

Iuppiter Lutetius. Æthereus. Opitulus. Centumpeda. Dictæus. Idæus. Victor. Cuſtos. Capitolinus. Fulminator. Feretrius.

Acro-

Pistor. Acronem Iouis præsidio Feretro addicasset, Romæ uulgo Pistor dictus est quod capta urbe à Gallis Capitulinos panes ex fructibus pinsere docuisset: Statorẽ

Stator. item, non tamen ex eo sicut historici narrant quod post uotum susceptum, acies Romanorum fugientiũ stare compulerit, sed quod eius beneficio cuncta stent

Fatum quid. perfecta. Et fatum multi, quod fatum (ut Seneca inquit) series complexa sit causarum, quæ Iuppiter sic est prima, ut cæteræ ex ea pendeant primo. Et Liberum patrem alij, quia omnium parens sit, Herculem

Iuppiter Liber dictus Hercules. item quasi indomitum, Atq; Mercurium quod ratio penes Iouem sit, numerus, ordo, & scientia: Romani

Mercurius. Lapis. Lapidem & inuentorem nominarunt, Lapidem quod penes Iouis simulachrum iurantes, post se silicem uel quemuis alium lapidem uerbis aliquibus conceptis

Inuentor. accedentibus, proijcere consueuerint: Inuentorem, quod Hercules Iouis auxilio, boues Gerionis à Caco furtim in antrum abactos, iterũ inuenisset: Cretenses

Hecatombæus. Panomphæus. Hecatombæum uocare solebant, dum in aprilicentum saltem bobus placandus uenerat, Panomphæum item, quasi omni mundo suppetias ferentem, Arcades

Muscarius. Homolius. muscarium dicere non sunt ueriti quod æstatis tempore muscas in alias regiones ablegare inuocatus consueuerit, Neq; Thebani Homolium quasi omnia in symmetriam perducentem nominare timuerunt,

Triopthalmus Triopthalmum Priamus dixit, quasi triocularem. EVAN. Omnia decenter illi crediderim indita nomina,

mina, si is deus Iuppiter esset, qui ex quadam infinita bonitate cuncta uerbo creauit, & totius rerum naturæ causa est, & Basis, qui infinita sapientia & prouidentia perspicacissima cuncta regit, roborat, lenit, & mulcet. Sed adulterũ incestuosum tot & tã altis ueri dei honestasse nominibus, quid aliud dixerim? quàm tribus porcis non expiandam uesaniam, excordemq; tam græcorum quàm Romanorum Anticyris uel centum non explodendum furorem?

Iuppiter adulter.

Quod adulter fuerit hoc certe argumẽto est, quod sub aliena forma Alcumenam polluit, Taurus Europam, Leden cygnus, Danaen aureus imber, Satyrus Anthiopen, aquila Ganimedem, cucullus incestuosus Iunonem sororem, Vnde salacissimus tot spurios habuit ut Pythagoram, si præsto sit, numerãdi subtersugiat calculatio Herculem, Minoem, Rhadamantum, Castorẽ, Pollucem, Helenam, Perseum, Zetũ, Amphionem, Bacchum, Palladem, & nouem musas. THEO. Parergon fecimus, si uis Iouis imaginem uentillemus. EVAN. Nolo mi Theophraste. THEO. Attende igitur Tametsi Ioues plus minus trecentũ fuisse M. Varro testatur omnium tamen cõmunior hæc fuit imago.

Iouis spuriꝰ

Vir sedebat trioculares in solio, sine auribus, aperta habens superiora, inferioribus tectis, muliebris, sinistra sceptro, dextra fulmine armata, pedibus Gygantes calcans: Aquila astante, quæ Iuuenem scitum portaret, quæ omnia, ut magis eluceſcant, imaginem depictam hic habes.

Iouis imago.

IMAGO IOVIS.



Quid hæc sibi uelit imago.

Simulachri Iouis expositio.

Iuppiter cur sedeat.

Cur triacularis sine auribus.

EVAN. Habent fortassis singula plus in recessu quàm fronte promittant Theodore? THEO. Habent. Nam uir sedens in solio, regnum Iouis stabile denotat, Triocularis ter maximam Iouis prudentiam, qua Homero teste Iuppiter usus fertur trifariam, cœlum regendo, terram, & orcum uel ut Stephanus inquit, mare, Nisi eò referamus quod regibus complures ubiq; sint exploratores quorum diligentia, subinde tanquàm oculis utantur. EVAN. Sed absq; auribus Iouem

Iouem fuisse quid est? THEO. Iouem debere omnibus æquum esse, & neminem susurronem audire, saltemq; exaudiendos quos iustitiæ nusquàm perfloratæ commendat integritas, Aperta uero superiora, inferioribus tectis, Iouem, quia deorum deus, intelligentijs superioribus conspicuum esse significat, inferioribus creaturis inuisibilem. EVAN. Sed cur muliebrem formarunt? THEO. Quod Iouem aërem crederent, cui uim concipiendi generandiq; addixerunt, ob hanc causam Orpheus Iouem Androginum nominauit, Nisi muliebri functioni, qua usus est, quis attribuat. Semele enim mortua, Bacchum ex utero matris excisum, in iustum pariendi tempus in suo fœmore detinuit, & Palladem in cerebro. EVAND. Ast sinistræ sceptro armata quid habet? THEO. In his corporis partibus spiritalissimũ uitæ latitare domicilium Eusebio teste, Hesiodus aliter interpretatur, Nam sceptrum Minoem Ioui tribuisse scribit, aliud quæ nihil esse uult quam doctrinam qua imperiose uniuersam Cretam rudenti adhuc, edocuerit & moderatus sit Iuppiter. EVAN. Cur dextra fulmen gerit? THEO. Vt eius cuncta penetrantem uim & potentiam ostendat, fulmini etenim nihil, quamuis adamantinum resistit, Plinius secũdo naturalis historiæ Iouis fulmẽ aëris fulmen asserit, quod superioris circuli cœlestis ardor, subiecto humido, contagium inferat, ut fulmen iaculetur. EVAN. Neq; sine causa fortassis est q; sub pedib. Gygãtes habet, & aquilã astantẽ. THEO. Proculdubio,

Cur Iuppiter desuper Apertus.

Iuppiter Androginus

Sceptrum Iouis quid.

Iuppiter cur fulmẽ habeat

Gygantes sub pedibus quid.

Nam pedibus calcati, inauspicato cedere omnia ostendunt, quæ citra consilium aduersus deos, aduersus pietatem, ius et æquum moliuntur, homines de Gyganthomachia fabula notior est quàm ut expositione

Cur aquila cũ Ioue. indigeat, Aquilam & Iuuenem multi diuersimode exponunt. Nam Ganimedem, Lucianus per Iouem, in aquilæ forma ab Ida raptum, ut sibi pocillator fieret, scribit & inde Iouis simulachro adpositam aquilam et Iuuenem. Sed Lactantius Firmianus per Legionem raptum narrat Iuuenem, cuius insigne aquila fuerit, Et alius quidam per nnuem, in qua aquila depicta fuerit, Seruius Iouem patrem Saturnum aquilæ augurio uicisse scribit, et aquilam propterea Ioui dicatam.

Ioui dicatam item Clearchus tyrannus hoc facto ostendit, Quum ex successu continuæ fœlicitatis, se

Clearchus cur Iouis filius. Iouis filium diceret auream aquilam uelut sui generis argumentum, sibi preferri uoluit, Plinius nunquàm fulmine exanimatam aquilam scribit, Ideoq; Iouis armigeram dictam Iouiq; attributam. Sed Eusebius Ioui astantem ideo dicit aquilam, quod sicut aliarum omnium auium rex est, ita Iuppiter omniũ aliorum deo-

Aquilæ complexio calida. rum deus. Verior tamen hæc uidetur ratio quod aquilam pro complexione, qua est ignea semper alta petere, et mentem à terrenis feribus repurgatam significare scimus, quàm per Iuuenẽ, hoc est simplicitatẽ, sibi Iuppiter uelut gratissimã hostiã, imolari cupit, Sic habes Euander, ni fallor Iouis imaginẽ cõmunionem ubertim

ubertim declaratam. EVAN. Habes ab hac aliam minus communem? THEO. Quam Marcianus Capella in nuptijs Philologiæ & Mercurij depinxit. Is enim Iouis uertici flammatam coronam addit, tectam ue-

Alia Iouis imago. lamine rutilo, quod ei præsul operis, Pallas ipsa texuerat, & supparum album, chlamyde hyalina stellis sic acu pictis ut crebros ignium eijcerent uibratus, dextræ item duos globosos orbes unum auro, alterum electro elaboratum, sinistræ chelin nouem chordarũ.

EVAN. Caret autem allegoria Martiani pictura? THEO. Non, sed res sic habet, quia Iouem arbitrati

Allegoria picturæ præfatæ. sunt esse solem coronam eius uertici flammas eijcientem, Martianus addidit, & rutilans uelamen quod Solis fulgorem ostenderet, chlamydem item hialinã stellis accedentibus quæ uniuersi cœli fabricam significaret, & globosos orbes qui Eusebio teste, in Ioue uirtutis testes essent, prouidentis et uiuificantis, Marcianus tamen per orbes globosos mundi totius Idæam in Ioue contentam uult intelligi, Cui Orpheus succinere uidetur, quando inquit

Vnus est omnipotens, regali in corpore cuius
Singula ponuntur tellus, unda, ignis & aer
Nox simul, atq; dies, sapientia primáq; origo.

EVAN. Cur chelym habet Iuppiter nouẽ chordarũ? Cur Ioui chelis nouem chordæ. THEO. Vt nouẽ musas à cerebro Iouis ortas innuat, quæ cantu cœlum uniuersum Orpheo teste, regãt, Angelo Politiano quoq; in sua Nutricia succinente.

Iuppiter errantes cytharæ uice temperat orbes.

Et sic à Marciano datam effigiem Iouis quoq; declaratam habes. Quod quidam olea coronatam pinxerunt, aut quercus foliis Iouis effigiem, item non citra rationem est. Primum enim Iouis regnum, quia olea non aresci t, perpetuum, denotat: Secundum Iouis inuentum respicit, Nam ex glandibus, quercũ fructu, panes formare edocuit.

Iuppiter olea coronatus & quercuum foliis.

In templo Ammonis sub umbilici figura cultũ nouimus, sed iis hunc finem, quod uelut umbilicus, in corporis humani fabrica cẽtrum est, sic Iuppiter cẽtrum sit in uniuersa rerum natura. EVAN. In arietis quoq; forma, aliquibus comparuisse Iouem legimus Theophraste. THEO. Recte, quũ enim Bacchus in Lybia cum exercitu sitiens, Lympham nullam haberet, arietis ductu fontem reperit, quem Iouem inposterũ arbitrati, & uice numinis arietem coluerunt.

Iuppiter sub umbilici forma.

Iuppiter aries

In Olimpo Iuppiter, quẽ lapidẽ dixerunt, in utraq; manu Fulmen ad æquilibrium tenuit, symbolum, quia prope hanc statuam iurantes in uerba dicantis, iurare moris erat, ubi Iuppiter quoquo uersum peieratũ esset minabundus fulmen pro mulcta missurus esset, Sed quia nihil omnium rerum est, in quo non posit nimiet ate peccari, diurno penso in ultimam coronidem perducto, uela complicabo, & quæ supersunt de Ioue, in aliud tẽpus reseruabo, Iam de Iunone Iouis uxore, nouum aggrediemur opus. EVAN. Placet Theophraste ut ubertim de prisci seculi uana religione quæq; percipiam, Exordire saltem.

Iuppiter lapis cur fulmin. b. armatus.

DE

DE IVNONE.

THEOPHRASTES EVANDER.

THEO. In deorum pragmatia quos maiorũ gentium deos ueterum theologia confessa est, secundas uelut Iouis assecla possideat Iuno, bifariã uel quod Iouis sororem uel quod Iouis coniugem arbitrati sunt ueteres. EVAN. Cur sororem & coniugem simul Theophraste? THEO. Quod Iouem & Iunonẽ æthereas, aerasq; uirtutes, simul habuisse cõmunes, dixerint sacrificuli. EVAN. Hinc fortassis emersit ut uulgo inter Iouem & Iunonem dissidium ortum uoluerint, si relicta qualitatum proportione, in elementis comparuisset distemperies? THEO. Nimirum, Nam si Iuppiter calido nimiũ & sicco, à symmetria deflexerit, omnia præ siccitate arescunt. Si itẽ Iuno, humida plus æquo fuerit & uentosa, Iouemq; aspernata, superauerit, inundans pluuiæ uis, cuncta nimium humectando deuastat, Quæ si cum Ioue marito, temperata fuerit, creata producit, nutrit, demulcet, lenit, et maxime Iuuat, nominiq; suo respondet, Nam Cicero secundo de natura deorum, Iunonem à Iuuando dictam arbitratur, Tametsi quidam Ianonẽ nominauerint eo quod ianuam cunctis nascendo aperiat, & propterea Lucinã Seruius habitã innuit. Cui facile sub scribẽdum duxerim, quũ Iunoni supercilia physiologi ob hãc causam sacra asseruerint, ut his eleuatis creata uideãt, Plin. Iunonẽ Lucinã dixit, à Lucri in quo tẽplo religiose culta est,

Cur Iuno soror et cõiunx Iouis.

Quando dissidium inter Iouem & Iunẽ.

Iuno à Iuuando & quasi Iano dicta.

Supercilia Iunoni sacrã. Iuno Lucina.

Fluonia. Complures Fluoniam appellarunt, quod grauidis mensibus suppressis, Iunonis beneficio, fluorem cessare crederent: Augustinus Heram uel ideo dixit, quod in Iunone hoc est aëre cum dæmonibus heroas uersari
Hiera. arbitrarentur: Hieram item quod est sacram, dū præsidem rei sacræ, matrimonio quippe, narrarent: Alexander ab Alexandro Egeriam nominauit, quasi
Egeria. partum in lucem egerentem: Iugam Romani, uelut
Iuga. coniugatis deam præsentem, Marcianus Capella in nuptijs Philologiæ. Interducam & domi ducam, quod
Interduca. Domiduca. est nuptam sponsi ædibus introducentem, Vxiam itē
Vxia. ab ungendo, quod limen in nuptijs & hyperthiron maritus, nuptam introducendo unxerit: Et Cinxiam à
Cinxia. cingulo, quod sponsum ante primum connubitum,
Socigenam. soluere moris erat. Socigenam Marcianus uocauit, quod uxorum tutela fuerit, quas thori socias communiter nominant. EVAN. Romanis nobilibus tria saltem indita nomina Priscianus edocet. Sed hinc deæ, multum fastuosæ, nominum mare recensens si pro horum serie nobilis fuit, in hac sola, nobilitatem effloruisse dixeris. THEO. Nondum finis est, super est
Populana Iuno. Oceanus. Nam populanam alij dixere quod matrimonium, cui præest, populorū fomes sit. Suidas Mo-
Monetam. netam dixit quod dum Romani contra Pyrrhum bellum gererent, & monetæ haberent defectum, oraculo Iunonis prolatum sit, si iustam belli causam foueant, monetam nequaquàm defuturam, propter quod Iu-

noni nomen Monetæ imposuerunt & templo honestarunt, Curim quidam ab hasta uel telo, quod Iunonis erat gestamen, Zeuxidiam complures ac si prima
Curim. Zeuxidia. docuisset boues combinare aratro. Trophæam multi
Trophæa. hoc est uincentem, Feroniam item à loco non multū à
Feronia. Soracte ubi templū habuit, Pausanias Aegophagiam
Ægophagia. quæ caprarum hostijs expianda fōret, Buneam Corinthi nominarunt, à templo quod Buno Mercurij filius,
Bunea. & corinthi rex, Iunoni erexit, Argiuam à tēplo quod
Argiua. Argis habuit per Euridicen filiam Lacedæmonis exstructum, Romani Matutam, quasi fructus maturan-
Matuta. tem. EVAN. Atomos recenses Teophraste. THEO. Quiesce ne sermonem nostrum interrumpas, Multi
Parthenia. Boopin. Partheniam, à pulchritudine quasi uirginem dixere, Boopim complures propter oculorum magnitudinē,
Anthia. Et Anthiam Argiui, à templo per Bacchū illi ædificato, quū contra Perseum expeditionē pararet. EVA. Citharœdus ridetur chorda qui semper oberrat eadē Flacco asserente, in aliam igitur diuerte nūc nomina Theophraste, & Iunonē suis delinea colorib. THE. Libenter in hac re tibi morem gererē, si una Iunonis ueteribus comparuisset imago, Sed quia pro exterarū gentium uoto, in hoc loco, hac imagine culta est, & in alio alia figura, tuæ petitioni satisfacere, æqua uidetur difficile ac si quis Sybillæ folia in unū nitatur cō-
Iunonis imago. pingere. EVAND. Vnam saltem peto, cæteris communiorem. THEO. Idem facile possum, Attende, Sub

Iride sedebat, in regali solio, matrona quædam nuda, albis coronata liliis, dextra sceptrum tenens, & læua forficen, Cui latere utroque pauo comes erat, & leo scabellum, desuper uentilabat longa uitta, ut partes tegeret, quas esse mulierum nouimus. Exemplo hæc sequens figura esse poterit.

IVNONIS IMAGO.



IMAGINIS EXPOSITIO.

QVAE omnia nihil quam mythologiam sapere uidentur

uidẽtur, sed nebula detracta, quid ueri comparet, Iris enim quæ Iunonis caput obuelat, in Iunone hoc est aëre humiditatem futurã prædicit, propter quod multi Iunonis nunciam esse uoluerunt, Circa istæc nõ omittendum uidetur quòd prope alias Iunonis imagines, quas aliquando depictas uidimus, duæ astant mulieres, una ueste induta multis coloribus uariegata, quæ etiammum Iridis, cuius colores inter naturæ celebrantur miracula symbolũ erat, Altera fastuosæ mulieris cultu, Iunonis pedissequa quæ Lucina erat, coniugium ostendens quod Iuno est, Lucinam id est partũ sequi debere. EVAN. Iunonis caput in quodam eiusdem deæ simulachro nubibus uelatum uidi. THEO. aerem id significat in quo nubes ex multis uaporibus in unum corpus, loci frigore condensantur. EVAN. Sed sceptrum & ex liliis corona quid habent. THE. Potestatem aeris, gratam usq; adeo, & odoram, ut cũcta uegetet & nutriat, id quod in Astomorum gente uidemus, quæ absque cibo saltem aere uiuit Plinio teste, qui alibi Iunonis sceptrum adeo gratum, imo necessarium scribit, ut sine eo in terris nihil oriri posse dijudicet, dum in utroque exortu, genitali rore omnia conspergat, et non modo terræ conceptus impleat, Verum animantium quoque omnium uegetandi stimulos adiiciat, Forfex in sinistra manu, opem innuit quam parturientibus Iuno, aere reuocillando, partitur. Sed Pauo ab utroque latere comes Iunoni sacram

Iris quid significet.

Iris nuncia Iunonis.

Caput nubibus uelatũ.

Sceptrum Iunonis quid.

Astomorum gens aere uiuit.

Forfex quid.

sacram, Athanæo teste, significat hanc auem, uel quod primum in Samo Iunonis insula pauo uisus sit, et enutritus. uel quod clamore aëris tempestates præsagiat. EVANDER. Super est Leo quem pedibus calcat. THEO. Leo solis typũ habet, cui nunquam absistit Iuno, Et sic quicquid scyrpi in hac comparuit imagine denodatum habes Enander, si tibi uidetur ad manus alterã sumemus, Polycleti opus. EVANDER. Ne differas oro, Nam affectanti celeritas mota est. THEO. Iunonis imago quam Polycletes statuarius effinxit, ex ebore & auro confecta erat, ingens magnitudine, in solio sedens, corona, in qua gratiæ tres & horæ effictæ, coronata, Manuum altera malũ punicum gerẽs, altera sceptrum cucullo insidente. EVAN. Sed quis imagini finis præfixus erat? THEO. Non multum abiam enodata figura dissimilis. Quum Gratiæ, cœli clementem denotent tempenem, quæ cunctis grata, quod fructus & omnia suo tempore hoc est Horarum certa seriæ uel dimẽsione producat. Malum punicum fructuum aëre productorum symbolum est, sed sceptrum cucullo grauatum, fabulam respicit, qua poetæ Iouem in hanc auem Iunonis desiderio conuersum testantur. EVA. Minusma uidi ex uno latere faustinæ. Anthonij Dij filiæ, signatum imagine, ex altero Iunonis Lucinæ, demissa tunica in pedes, et chlamide, simulachro quæ in una manuũ pateram teneret, in altera quirim seu hastam. THEO. A præfatis multas habuerũt imagines,

Leo prope Iunonem.

Alia Iunonis imago.

Præfatæ imaginis interpretatio.

Malum punicum quid.

Iunonis Lucinæ imago.

gines. Nam in Limiuio, pelle caprina Iunonis comparuit imago, quam sospitam dixerunt, in dextra telũ habens & sinistra scutum, calceis rostratis induta. Sed in Aegeo, statua eius lignea fuit chlamide tecta, facie, manibus & pedibus ex lapide existentibus, quæ facem in dextra teneret ardẽtem, symbolum conatus muliebras in partu ignis instar, uix sufferendos, Samiã graui apparatu fingerũt, & nouæ nuptæ instar, quod spõsalibus præfuerit uestitam, Martianus Capella in nuptijs Philologiæ & Mercurij Iouis suggestui cõsessum Iunonis sic describit. Quippe quod Iuno in regali prænituerit solio, tecto capite lacteo quodam galumnate, cui gemmis diadema insitum fuerit præciosis, et radiantibus, quod eius capiti haumantiam obtulisse reginam dixerant, uultu instar fratris, assidua perlucẽte gratia, nisi quod crebrius nihilo assiduarum procellarum turbida uisa sit, ueste hyalina & peplo caliginoso, dextrorsum fulmine armata, si introrsum sonoro bombis terrentibus tympana, calceis admodum furuis, ut nox atra soleas nigredine colorasse uideretur. Cuius genua zona diuersicolor cinxerit, prope itẽ suggestum sydereum, posita fuerit sphera sic celata uarietate, ut nihil elementorum illi defuerit, nihil urbiũ & uiarum, nihiliq; animalium, quæ saltem imago fuerit et idæa totius mundi. EVA. Est is fortassis ornatus plane mysticus et Capella cum sale intelligendus? THE. Proculdubio, totus enim cum prædictis conuenit iotellemus,

Iunonis Sospitę imago.

Cur facem Iuno.

Iunonis imago ex Mart. Capella.

tellectus, Sed hoc nequaquam prætereũdum duxerim
In Iunonis sacrif. nulla bilis. quod Iunonis sacrificio nullam bilem interesse ratum erat, significantes citra iræ et odij amaritudinem esse debere matrimonium. Nec item, quòd Iunonem Lucinæ & Solis matrem dixerunt, uel ideo quia matrimonij fine m & creationem rati sunt, quæ nihil aliud sit
Cur Iuno Lucinæ & solis mater quam à tenebris in solis lumina progressio, Nam quũ Lucina à dolore partus liberet, tũc partui solis cõpareat fulgor. Fulgentius secundo Pytologiarum libro diuitijs Iunonẽ præfuisse scribit, quæ subinde prægnãtes sint atq; exse parant, nonnunquam item abortiãt, & pauonem anterius speculatum, posterius denudatum ostentent, Id quod etiamnum in diuitijs latitat, dũ à fronte beatitudo uidentur, sed penitius re considerata nudæ sunt, & nihil minus qnam diuitiæ. Et sic quæ in rem Iunonis sunt Euander, amussatim absoluta habes, Nunc tertium auspicabimur de Apolline sermonem. EVAN. Placet.

DE

DE APOLLINE.

THEOPHRASTVS

LEVANDER.

THEOPHRASTVS. Quia mundi gubernatorem Hermes Apollinem uocat, regem stellarum, deum magnum, fortunatum, honestum, mundum, prudentem, & uiuificantem, merito Iouem seruato ordine sequitur Euander. Etiamsi Apollinem Iouis ex Latona filium fuisse obticeam, Hic igitur Crisippo teste a priuatiua particula & πολλοὶ dictus est, quasi solus & non multi, quod etiamnum Latini uocabuli ethymon habet, dum Solem hunc nominant quasi unum qui solus in se perfectam claritatem obtineat. Sicut & Assyrij uoluerunt, Adad dicentes Apollinem quod unum significat, Et Hebræi שֶׁמֶשׁ che mech, quod sibi proprium interpretamur, Pythagoras simplicem uocauit & ab alijs sequestratum, quasique multitudinis nescium Græci, φοῖβον λαθαρὸν καὶ λαμπρὸν id est Phœbum purum & splendidum, Athenienses Apellentem quod sol temperatus mala, hoc est morbos depellat, & hinc Alexicacon patria lingua nominarunt. Quidam Chrysocomon à fulgore radiorum quos aureas comas appellitant, Et φιλαῖον aliquibus dictum quoque legimus, quod lumen eius exoriens amabili uenerationeexosculamur, Pythum quoq; à nece Draconis, quem

Apollo mundi gubernator.

Apollo Iouis ex Latona filius.

Apollo sol.

Apollo Adad.

Scemech Apollo dictus

Phœbus Apollo.

Alexicacos Chrisocomon

Pæan. quem ſagittis. Latonæ matris rogatu confeciſſe nar/rant, Vnde in Pæan natum quoq; prouerbium aſſerũt & uſus inualuit ut paſsim nominarent Apollinẽ Pæa/na. EVAN. Ad rauim loqueris, ſermonem reſpirãdo

Apollo loxica interrumpe modicum. THEO. Nequaquam, pergen/

Delius. dum ſiquidem eſt, ut phœbi, quantum datur, nomina abſoluam. Loxiam hunc quoq; uocitatum nouimus ob

Lycius. curſum quem ſol ab oriente in occaſum hamatum con

Lyctonon. tinuat, Et Delium à Delo patria, Lycium quoq; dum attrahendo lupi inſtar terræ humiditates rapit, Lyco-

Latoris. ctonon item quaſi lupifugum Athenienſes dixerunt, quòd in ea regione uelut paſtor quidam lupos à ſtabu

Nonius. lis arceret, quos incolæ Vatiniano quaſi odio proſe/quebantur, Lycobantam Homerus nominauit uelut

Sminthius. diei ſeu lucis inductorem. Latoum uel Latonium à ma

Panopæus, tre, Patroonem quia Sol patris inſtar cuncta produ/cit & nutrit, Et Nominum hoc eſt paſtorem qui mu/

Daphnæus. ſas regat, earundemq; cantus dirigat, Sminthaũ quod

Hecabeletus. mures Candiam deuaſtantes depulerit, Nam eius re/gionis lingua Smintham murem nominant, Parno/

Pataræus. pium Aeoli ob iam præfatam cauſam dixerunt, qui Parnopion murem uocant, Daphnæum quidam à lau/ro quam in delitijs Apollo habuit Hecabeleten uel

Thoxophorus. Hecatebolõ ob radios quos per clymata uniuerſo mũdo diſtribuit. Pataræum à loco in quo religioſe ue-neratus eſt, Thoxophorum ab arcu quem pro geſta/mine habuit, Choropæam item nominatus eſt Pin-

daro,

nominatus eſt Pindaro, quaſi Choragus et Muſagetes, quod ſmuſis præfuerit. EVA. Plauſtra Apollinis no- Muſagetes.

minum recenſes Theophraſte, quæ unico faſce dixe/ Pan.

ris ferè, ſi Pana Apollinem uo caueris, hoc eſt omnem delinea quæſo huius dei imaginem. THEO. Prope lau Apollinis ima

rum cui coruus inſidebat, Iuuenis ſtabat imberbis, ſu- go.

pra draconem tricipitem & transfoſſum, mitratus co

rona tribus flammis fuſtigiata, in ſiniſtra lyrã habẽs, in dextra arcum hoc modo.

APOLLINIS IMAGO.



C EVAN.

EVAN. Hinc picturæ nebulam rogo detrahas, ut quid ueteres per hanc uoluerint intelligam. THEO. Iuuenis, Phœbi, hoc est solis habitum significat qui nũquam senescit, supra draconem stans tricipitẽ, flexuosum iter solis denotat, quo trium temporum præteriti præsentis & futuri dimensionem facit, Tres in corona acies Pyramidales solis perfectionem habẽt, Nam hic numerus perfectionis numerus est & sacer, Vnde Hermes ligationib, aptißimũ dixit, & philosophus legẽ secundã quã omnia disponãtur. Lyra sinistræ septẽ chordarũ, cœlestiũ spherarũ motus figurat, quibus sol per naturã moderator constitutus est, Quidã sinistræ uelut manuum tardiori, arcũ tribuunt, & dextræ agiliori lyram, uel tres gratias, innuentes solem si temperatus sit dextra animantibus sospitatem inducere, si distemperatus sinistra ubi arcus residet, cladem, Sed laurus inde præsto fuit quod musarum habebatur umbraculum. Seu quia ueteribus in maximo honore fuit, dicata principibus & triumphis, uel quia spectatißima in monte Parnasso floruit, qui sacer Apollini fuit, aut quia hæc arbor ex omnibus non fulmine icitur quod ex Tiberij principis uita colligitur, qui cœlo tonante ea contra fulminis motus coronari consueuit, sicut Plinius indicat libro decimoquinto, aut quod, habeat rerum futurarum præsensionem quandam. Siquidem nil crepitantius uritur, Vnde si crepuisset abunde ac

Numerus ter marius.

lib. de cœlo et mundo.

Lyra quid.

Laurus quid

sonan

sonantius, haud dubie portendi fœlicitatem rebantur, hoc Tibullus his uerbis ostendit: Laurus, si bona signa dedit gaudete coloni E diuerso si tacita conflagrasset inauspicatißimum arbitrabantur, id Propertius ostendit. Et tacet extincto laurus adusto foco. EVA. Quid sieò referas Theophraste quòd lauri folia puluillo subiecta somniorum ueritatẽ conciliare narrant? Vel q̃ lauro poẽtas Apollinis filios coronari usus dederit? THEO. Recte, Octauius Cleophilus rationem cur lauro coronentur, his uerbis indicat, musam alloquens.

Laurus uates

Laurus somnia uera facit.

Tunc ego dic inquam, uates cur tẽpora lauro
Atq; hedera duplici fronde reuincta gerunt.
Numen idem (sic respondit) quia Phœbus & audax
Bacchus & Aonio cultus uterq; iugo.
Hic uirides hedras, lauros habet ille uirentes
Pulchra per amborum tempora serpit honos;
Sic uatum cunctos stat gloria celsa per annos
Vsq; uirens nullos arida facta dies.

EVAN. Ast deo tam sublimi, claro radianti & cythara dulciter modulanti, coruum auẽ uulgarem, nigram grocitãtem, sacram. cui non mirum uideatur? THEOPHRAST. In hanc auem quandoque Iouem trãsmutũ Nasoscribit. Sed forte Id coruus habẽt quòd ipse eger lauri folijs sibi, teste Plinio, subuenit, Seu quod auis illa futuræ tempestatis sit uates, singultu enim latrans coruus, & cõcutiens cõtinuãdo, uẽtos prædicit.

Coruus cur Apollini sacer.

Si uero carptim resorbeat, imbrem prænunciat, sicut eleganter Guihelmus Gratolorus Anglus, uir ex asse doctus & disertus in suis prognosticis clare scribit. Phornutus non coruum Apollini astare fertur, sed cygnum, auem ualde sonoram albam, & Soli multum habilem. Sic Euander hanc dilucidatam habes imaginem uelut cæteris communiorem. Audi nunc quam totam ferè ex Albrico philosopho habemus. Calcabat uirilis imago sine barba draconem, tribus capitibus, lupi, leonis, & canis insignem, uni-co uentre in unam caudam desinentem, duodecim præciosis lapidibus coronata, humero alis adposi-tis, in uertice baiulans tripodem aureum, in dextra Charites, & sinistra sagittas. Lyra ab humero suspen-sa, ab uno latere obseruans laurum sub qua musis cho reas ducentibus. Apollo saltandi modos edebat, ab al-tero coruum uolantem & Pythonē transfossum. Qui dam non stare sed curru per equos uehi scribunt. Vbi sine barba facies Apollinem hoc est solem in sua uirtu te constantem significat. Nullam enim, sicut luna, mi-nutionem ætatis admittit, sed occidendo & oriendo indies Iuuenis comparet. Tria capita in unum corpus desinentia, trium temporum habent respectum, quo-niam leonis capite præsens tempus figuratur, quod feruens, sed lupi præteritum, quod memoria rerum transactarum rapitur & aufertur, futuri autem ca-

Præfatæ imagi-nis allegoria.

Apollo cur sine barba.

Quid draco tri-eps.

nis, qui animal blandiens est, futurum enim blanditur & spem promittit incertā. Hæc & plura Macrobius. Sed Anglicus per caudā draconis interpretatur quæ more solari gradatim in omnia signa circuli demi-grat animalis. Duodecim præciosos lapides Isidorus duodecim zodiaci signa, per quæ ab uno circuli sui pūcto, meando sol recedens, in eundē alatus reuertitur Alatus. Nam tanta Cicero inquit citatione fertur ut celeritas eius quanta sit ne cogitari possit, cum nobis dare uideatur, Academ. quæst. libro secundo. Tripos hoc est tribus pedibus mensa Apolloni diuinandū de-putata, oracula omnia quæ desuper à uertice descen-dunt, certissima fore significat. Seu, quod magis placet solis perpetuum uigorem denotat. Nā Lactantio grā-matico teste. Tripos lauri species est tribus radicibus fundata, de lauro dictum. Et sic præfatæ quoque ima-gini coronidem adiecimus Euander. Nam quæ super sunt Charites quippe, sagittæ, lyra, laurus, coruus, & Pytho in declaratione primæ imaginis enodata sunt. Super est adhuc alia Hieropolitanis Assyriorum gen-ti, multum usualis imago, si uis Euander & illam ad-ponam. EVAN. Enixim rogo ne hanc prætereas.

THEO. Fuit ergo facies prolixa in acutum, barbata calatho super caput imminente, thorace induta, dex-tra hastam, superstante uictoriæ paruulo signo, sini-stra florem tenens, ab humero Gorgoneo uelamento amicta, quam aquila sequi uidebatur & fœmina præ-

Cauda serpentis quid.

duodecim gēmæ quid.

Apollo cur alatus.

ire flexuoso dracone impedita. Quæ omnia solis resti
ciunt effectus atq; uirtutes, Nam barba in acuta facie
radios in terram superne iaci argumẽto est. Calathus
aureus, surgens in altum, ætheris summum, ubi solis
residet substantia, hasta & thorax symbolum præbẽt,
Martem & Solem eundem esse deum. Victoriæ signũ
ut sciamus cuncta huius syderis potestati subiecta, Et
flos, rerum omniũ florem à solis prouentu emergi, Sic
quoq; Gorgoneum uelamentum, hoc enim ad Miner/
uæ alludit ortum, quæ huic uelamento præsidet, à Io-
uis enim cerebro prognatam narrant, hoc est in sum/
ma ætheris parte ubi sol uigorosior est. Aquila &
Draco ex prædictis sunt nota, Sed fœmina terram desi
gnat quam sol desuper illustrat fœcundamque facit,
Apollinem leonis capite depinxerunt persæ. mitrato
corona, in acutum desinente. acinace &
Persico cultu amictum, qui cor/
nibus bouem uelut re/
nitentem teneret
hoc modo.

Quid Barba in phœbo.

Calathus quid

Gorgoneum uelamentum.

Fœmina cur prope Phœbum.

APOL.

APOLLINIS PERSICI IMAGO.



Vbi mysticum sic habet, caput Apollinis leoninũ, so
lis operationem in leonis constellatione fortiorem si/
gnificat, Et quia Martem æque Solem ac Phœbũ esse
crediderũt, acinacẽ hoc est gladiũ Persicũ qui cornu
arietinũ figura repræsentat, addiderũt illi. Nã Marti
aries sacer est, Bos agriculturæ symbolũ habet, quã ni
si sol fœliciter & lyrando domet sterilis habetur, sic
Euãder de Apolline quoq; pẽsum habes, Fulgẽt. plu-
ra scribit quæ in eo ipse legito. EVANDER. Sed ma
gnum opus uidebitur, si non singula, quæ nouisti, di/

xeris. THEOPHRAST. Attende nihil ommittam, Apollinem, solem item interpretatur præfatus autor, & Apollon inquit dictus est quasi perdens quod feruore suo omnem succum uirentium decoquendo perdat herbarũ, Eũq; diuinationis deũattestatus est siue quod sol omnia obscura manifestet in lucem, seu quod in suo processu multimodos significationum monstret effectus eiq; currum attributum recenset siue quadrigam quod quadripartitis temporum uarietatibus anni circulum peragat, aut quadrifido limite diei metiatur spacium, quod uerum esse & consentaneum quatuor eiusdem quadrigæ equi declarationem exhibent. dictum enim primum Fulgentium Eritreum scribit hoc est rubeum quod à matutino sol lumine emergat rubeus, secundũ Acteonẽ quod est splendentẽ quod tertia hora lucidior fulgeat, Tertiũ Lampoda quãdo ad umbilicum diei centratum cõdescenderit circulũ, & quartum philogæum terram amantem quod hora nona procliuior in occasum mergat. Et sic Fulgentij superpondum habes, tu Phornutum lege & plura inuenies, nunc alio uocor. EVAN. Legam. tu interim, uale.

DE DIANA SIVE LVNA.

THEO. De Apolline quæ ex doctorũ habuimus calatho singula audiuisti Euander, iam de Diana modicũ disseremus, si placet. EVAN. Placet, sed in primis ede cur Dianam Apollini iunxeris, quum Mercurius uelut omnium deorum nuncius ex præscripto ferme Dianã præcedere debuisset. THE. Quia Dianã lunã esse

Cur Diana iũcta Apollini.

esse uoluerunt sapientes, quæ Apollinis hoc est Solis cõstellatione cœlorũ & omniũ quæ sub cœlo sunt admistrationẽ poßidet. EVA. Euenit inde nimirũ ut hãc omniũ stellarũ uxorẽ duxerint fœcundißimã. THEO. Proculdubio. Nam Solis, cæterorumq; planetarum radios & influxus quasi fœtum suscipit, & inferiori mundo, sibi uicino parturiens ædit, Diana igitur Iouis & Latonæ filia ultimum planetarum poßidens locũ ideo Diana appellata est quod diem noctu efficiat, uel quasi duana, quod duobus temporibus maxime compareat, die ac nocte, Tullio de natura deorum libro asserente, Anglicus Lunam dictam asserit uelut lucentem unam, Romani Noctilucam dixere quod in palatio templum haberet noctu saltem lucens, Græci σελήναιν nominant seu ὀρεβάτην quod frequens montes ascendat Iunonem quidam à Iuuando, & Lucinã quod partum in lucem prodat, uel ut Plinius ait, quod oculis præsit, aut à Luco quem Romæ in exquilijs habuit: Multi proserpinam dixere à serpendo, dum Luna modo in dextram, modo in sinistram serpere uidetur, qua ratione Omniuagam quoq; nominarunt, & Hecaten quod centum uictimis placaretur, uel quod centum annos errare faceret insepultos. Macrobius Artemim uocat quasi aërem secantem, Athenienses Dilonchon quod est duplicis luminis, quando unum à se habet, & aliud à sole, Quidam Monogenen uelut unicam Persei filiam, Et Trigeminam seu Triformem ob tres lunæ habitus, Tricipitem quoque,

Diana Iouis & Latonæ filia.

Diana quasi duana.

Noctiluca.

σελήναιν diana.

Diana Iuno dicta.

Diana proserpina.

Omniuaga.

Hecate.

Artemis.

Diana Monogenes.

Triceps.

Cynosphagos. Nyctipoles. Noctiuaga. Therophones. Parthenice. Triuia. Ephesia. Fascelis.

Nam humana, equino, & canino capitibus hanc figuratam legimus, Multi Cynosphagon quod uenatrix esset, & irata, saltem canibus placanda. Nyctipolon item seu Noctiuagam propter uenationem, & Therophonen quasi ferarum interfectricē, Parthenicen hoc est uirginem, Et Triuiā à triuijs quibus præest, Ephesiam ab Epheso. ubi templum sumptuosißimum sibi dicatum habuit. Fascelim quod Oreστes eius simulachrū in fasce ligni Romam portauerit. Didymā quod cum Apolline unius partus sit, Complures Enclæam dixere hoc est nobilem, Colœnam à loco ubi maxime uenerata est Et Vpim à sua nutrice huius nominis, Chiam quoq; ab insula, in qua sub imagine culta fuit accedentibus tristis, discedētibus læta, Et Panagæam quasi uniuersam peragrantem terram. EVAN. Sed huius multinominis deæ rogo simulachrum populare depingas ne saltem nomina recensuisse, & eandem (quod dicitur) chordam subinde obstrasse uidearis Theophraste. THEO. Siquidem tua iussa capessere fas est, hanc ex Stephano adponam. Inter Dryades, Hamadriades, Naiades, Nereides, & Satyros iuuenis matrona stetit triceps, alata tenso arcu, cum sagittis, & utrinq; Pantheram habens, Leonem & nauem, quæ, ut penitius intelligas rei adpono iconem.

DIANE IMAGO.



EVAN. Super est ut quid singula denotent significes, & figmento nebulas, tenebricosa etenim pictura est, detrahas Theophraste. THEO. Attende, Hamadryades, Dryades, Naiades. Nereides & Satyri luæ supereminens significant dominium, quo noctu syluas, arbores, flumina & fontes irradiando utitur, Sed tricipitem figuratam & inde τριμορφον id est triformem dictam, seu τριοδιτιν quod est tribus capitibus insignem, Dianam præfuisse triuijs edocet, quem admodum istud Ouidianum declarat.

Dianæ fatellitium quid.

Diana cur triceps.

Ora

Ora uides Hecates tres in uergentia partes
Seruet ut internas compita secta uias.

Quidam tamen propter triplicem Lunæ habitum. Dianam tricipitem fuisse prædicant, iam enim Luna surgens cornuta comparet & falcata dicitur, Mox in orbem connectitur & plœna, hinc dimidio orbe proportione diuisa, & Cœsa uocatur, ad quæ poætam alludisse hoc uersiculo maxime constat.

Luna falcata

Tergeminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ.

Alij rationem in hoc dirigunt quod multi Hecaten Iunonem & Dianam unum esse numen uoluerunt, Complures Lunam tempus asserunt, cuius caput in tria secatur, præsens, præteritum & futurum. Nonnulli ad Lunæ mutationem singulis mensibus prouenientem dirigunt, calendarum quippe nonarum & iduum.

Diana cur alata.

Cur alatam pinxerint se Stephanus nescire scribit, Sed Lunæ motum significare facile crediderim, quem duodecim uicibus per annum complet.

Cur arcum & sagittas.

Arcus & sagittæ sunt officij instrumenta, nam uenationis deam esse uoluerunt, quæ dum in silua labori intenta, nudaq; ab Acteone uideretur hunc in cerui mutauit, ut à proprijs canibus discerperetur, Vbi ex Palephato fabulæ scyrpum non piget enumerare. Ait enim Acteonem uenationis fuisse studiosissimum, & re neglecta familiari, tot aluisse canes ut in extremam deuenerit inopiam & popularis increbuerit fama,

Quid acteon à canibus discerpt.

Acteonem

Acteonem ceruum effectum & à suis canibus deuoratum, Pantheram Dianæ ob id assectam scribũt quod hoc animal uel ideo in delicijs habuerit, quod maculas primo habeat instar Lunæ cornutas, & ætate aucta, in orbes circumactas sic Plinius libro 8. Leonem item ob lumen quod Diana à Sole quem Macrobius leonem nominat mutuare nouimus, quod Catullus quoque ostendit, dum lumen lunare nothum lumen uocat.

Panthera cur cum Diana.

Cur leo prælo fit.

EVAN. Sed nauis quid sibi uult præsentia? THEO. Dianam nautarum propterea fuisse deam, quod à Luna temporis nauigandi rationem colligerent. Hæc enim si combus falcata & uelut aurum rutilans comparuisset, uentos indicare dicebant & minime nauigandum, Si ad remos scintillasset item quiescendum, quod tempestatis futuræ præsagium foret. Sed nigricans in medio, nauigandum, nam serenitatis esse uolebant symbolum. Sic item Euander de Diana satis dictũ arbitror nunc Mercurium aggrediemur, ne ultra pẽ sum eandem cecinisse uideamur cantilenam. EVAN. Recte Theophraste.

Cur nauis Dianæ adstet.

DE MERCVRIO.

THEO. Etiamsi nullibi uideremus gentium cæcã in religione caliginem, tamẽ in Mercurij cultu apertissime uidenda erit, dum furem pro deo coluerunt aurarum, uersipellem, magnum, sermonum interpretẽ, & Iouis adulteri ex Cyllene filiũ. EVAN. Mercurios

Mercurius fur.

fuisse

fuisse complures credidi Theophraste. THEO. Cicero quinq; numerat, sed præfatum ex alijs selectiorē dixerunt, quod hunc solem arbitrarentur unde Argiphontem nominarunt, quasi Argi centum oculis illustrati interfectorem ubi Argus cœlum stellatum denotat, quòd Mercurius hoc est sol diurno tempore ui sui luminis obfuscando interimit, aut enecat, Hunc Germanis singularem fuisse deū Tacitus non solum in sua Germania scribit, sed etiam in eo libro quem de Cæsaribus edidit, & Teutanem inde nominauit. Quidā Canillum dixere, quasi omnium deorum præministrantē, et τετραγόγον ob ueræ orationis soliditatem, aut Nonacriten, quod in Nonacria Arcadiæ ciuitate religiose sit ueneratus, Græci τρικέφαλον hoc est tricipitē dixere quod cœlestem crederent marinum, et terrestrem Iulius Firmicus Diurnum appellat & nocturnū, Diurnum orientalem, Nocturnum occidentalē. Multi Diactoron uocauere, quod per orationem nostros sensus alijs manifestemus, unde Hermem quoq; nominarunt, quasi interpretē, & linguas illi dicauere. Plæriq; Mercurium à merce quod mercatorum deus foret nominatū asserunt, uel quasi medio currentē quòd sermo currat medius inter homines, Arcades Cyllenen uocitarunt, à Cyllene mōte in quo enutritus est, seu à sua nutrice quæ Cyllene dicta Caduciferum item à Caduceo uirga, duobus serpentibus masculo & fœmina in nodum inuicem obligatis, qua idem deus mirabiles exercuit

Mercurij quinque.
Argiphontes.
Teutanis Mercurius
Camillus.
Mercurius Diurnus.
Diactoron.
Hermes
Mercurius unde.
Cyllene.
Caducifer.

cuit operatōes, sicut Hom. ult. Iliad. ostēdit his uerbis.

Tum uirgam capit, hac demulcet lumina somno
Quorumcūq; uelit, somnum quoq; pellit eadem.

Et Maro

Tum uirgam capit hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.

Item Flaccus

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, uirgaq; leuem coherces
Aurea, turbam superis deorum.

Gratus & imis.

Cacesium quoq; à loco Arcadiæ, ubi statuam sibi lapideam erectam habuit, Et Harpedophorū, ab ense falcato, quo Argum interemit. EVA. Furem dicere malim, quod Lucianus, infantem adhuc, & cunis iacientem, furta patrasse scribit. THE. Et denuo boues Apollini, unde Clepten dixere, & Propyleum, quod ante portas arcendum fures staret, Pindarus Enagoniū uocat, quod uictores præsidio foueret, Et animarum quæstorem, quòd hominum ex luto effigies arte quadam animaret, Sed Homerus Molossoon, hoc est pastorem. Nam armenta pauit dijs sacra, & Hegemonium, quod Priamum ad Achillū deduxerit, uel Empolæū, quòd mercatoribus uendendo suppetias attulerit, aut Doliū id est magū, et Nomiū quod est regulantē, quòd sermo agēda & uitāda indicet. Sphenopagon ob barbam multum prolixam, Alipedem propter alas poetæ Maiugenam à Maia, Galconeum item quod sine bra-

Cacesius.
Harpedophorus.
Cleptes.
Propyleus.
Enagonius.
Animarū quæstor.
Molossoon.
Hegemonius.
Empolæus.
Dolius.
Nomius.

Sphenopagō. Alipes. brachijs foret, Bocatius Tryphonem quod est uersipel
em nominat. EVAN. Imaginē describe Theophra ste
Maiugena. ut rem abunde sciamus. THEO. Albricus hoc ferme
linearum ductu hanc depingit, Attende, Iuuenis sta/
Galdconeas bat undiq; alatus, & pileo albi nigriq; coloris te-
ctus, à cingulo Harpen tenens, & una manuum ca/
Trypho. duceū, altera fistulā, cuius dextram aries claudebat,
Gallus, & decollatus Argus, sinistrā quidā masculus
Mercurij essi gies. cū tabula, cui fur clā abscindebat marsupiū ut hic cō/
(paret.

MERCVRII IMAGO.



EVAN. Omnia isthæc mythologica uidentur sed
ni fal/

ni fallor, quid in recessu continent, iuuenilis enim fa/ Mercurius cur Iuuenis.
cies orationem, cui Mercurius præsidet, concernit quæ
nunquam senescit, sed perpetuo stat erecta, uolās tan
quam alata per aërem, sicut Flaccus his uerbis indi/ Cur alatus.
cat, uolat irreuocabile uerbum, Nisi alas mercatorum
adscribamus agilitati, qui Mercurio, eorum deo fauē/
te, omnes, ut ditescant, mundi perlustrant plagas, ue/
lut autor præfatus primo quoque epistolarum osten-
dit libro dicens. Impiger extremos currit mercator Mercurius pileus quid.
ad Indos, Per mare pauperiem fugiens per saxa per i-
gnes, Pileum bifariam coloratum Mercurij quem solē
esse rati sunt, duplicem potestatem, cœlestem quippe
& terrestrem quidam interpretantur, aut mercatorū
uersipellem industriam, quando candidum in nigrum
& nigrum in candidum orationis lænocinio uertere
student, Sed eiusdem dei cingulo harpen, gladium fal
catum addunt, quod solem, uelut prædictum est, ipsum Harpen cur Mercurio
crederent, qui ense hoc est rutilante fulgore quendam
Argum per uniuersi capitis ambitum oculis illustra/
tum, & hoc est uniuersæ cœlestis machinæ stellas, de-
truncat, quod est obfuscat seu obnubilat, una manuum
habens caduceum, Nam deorum cursorem & fœtialē
dixerunt, Cui gestamen erat caducæus pacis symbolū, Caducæus Mercurio.
in quo duo serpentes, masculus & fœmina, corporum
complexu nodum efficiebant, innuentes fœdera nun-
quam dissoluenda, sed quæ Mercurij orationis dei uer
borum lœnocinio facta rata, firmiter & quasi adamā/

Cur Mercurio fistula.

tino nexo indissolubilia tenenda, Fistula dulcedinem orationis aut inuentum respicit, Hanc enim & Lyrã

Mercurius lyræ inuentor.

trium chordarum, trium anni temporũ instar inuenisse fertur, Acutam inscribens æstati, grauem hyemi, et mediam ueri. EVAND. Sed dextrum latus cur aries & gallus occupant? THE. Aries Mercurij denotat officiũ, quo dijs maxime fuit obstrictus, istis enim greges

Aries cur prope Mercuriũ

paruisse Stephanus asserit, Vel id habet quod apud Tanagræos, quum maxima pestis oborta foret, Mercurium prope ciuitatis muros arietẽ portasse & mox cladis tyrannidem cessasse notassent, unde simulachro Mercurium Tanagræi donauerunt, quod humeris arietem insidentem haberet, cui certis diebus arietem

Gallus cur Mercurij comes.

quoq; sacrificabant, Gallus autẽ ob id adstat quod temporis alitem naturales dicunt, cuius rationem Mercurium exacte calluisse Strabo testatur geograph. li. 17, Quid sit Argus decollatus dictum est, Sed masculus cum tabula mercatores designat, quibus præfuit, Vnde quidam tricipitem pinxere ut mercatores multum

Mercurius triceps.

astutos & circumspectos esse debere per tria capita figurarent, Habemus tamen ab hac ratione aliam, siquidem tria capita ad orationem referunt, quæ magnã uim habeat, cuique Mercurius tutelaris sit deus, Aut quod ueteribus uiarum fuerit index, & in triuijs stetet,

Mercurius fur.

rit, indicandum quo uersum hæc uel alia duceret uia. per furem astantem, Mercurium furem fuisse & furibus patrocinasse notatur, sicut ex Græcis Homerus di-

lucidẽ commonstrat, & Lucianus, ex Latinis Flaccus odarum primo libro & Lactantius de falsa sapientia lib. 1 cap. 10, Quidam Mercurio statuam, post cingulum ex lapide in tetragonum elaborato, superiora uersus iuuenem facie, galero tecta, sine brachijs, statuerunt, significantes orationis uim non senescentem, sed solidã esse debere, & q̃ quadrata firmius quam rotunda stare possint, Sine brachijs quod est citra fucũ. Galero tectam, quum æstatem referat, nam complexione calidus est & siccus. EVAN. Athenienses Mercurium barbatum fecerunt, erecto ab inguine neruo, sed iuuenes imberbem mentula pendente, minimeq; erecta, ostendentes senum orationem erectiorem hoc est perfectiorem esse debere, quam iuuenum. THEOP. Recte quidem Euander, sed Aegyptij Mercurium canino capite formarunt, & ideo Cynocephalum dixere, innuentes, quemadmodum inter bruta canis sagacissimi sit odoratus, sic inter deus omnes defecatissimi sit intellectus, Et sic Euander de Mercurio negocium in extremam deduximus coronidem. Nunc Mineruam attentabimus. EVAN. Recte Theophraste, perge.

Alia Mercurij imago.

Mercurius cur sine brachijs.

Mercurius barbatus erecto inguine.

Mercurius cano capite.

Mercurius Cynocephalus.

DE MINERVA SEV PALLADE.

THEO. Minerua sapientiæ dea, ordine seruato, recte Mercurio iungimus, dum eloquentiæ subtilis mi q̃ ingenij deum, omniũq; deorũ interpretẽ hunc

Cur Minerua Mercurio iuncta.

Minerua quinque.

fuisse nouimus, Mineruis, igitur quinque fuisse Cicero scribit. Primam Apollinis matrem, secundam Nili filiam, Tertiam ex Ioue & Polyphe, Oceani filia prolem, Quartam Pallantis gnatam, quæ patrem suum iugulo dedit, & quintam sine matre, ex Iouis cerebro editã, de qua si uis Euander paucis disseremus. EVAN. Volo maxime. THEO. Mineruam igitur sapientiæ deam Cicero secundo de natura deorum libro, quòd uires minuat, roburq; omnibus qui eam hoc est sapientiam candidati affectant, corrumpat, dictam arbitratur, Cornificius tamen, quod armis uelut minitãs pingatur hoc nomen habere testatur, sed Cœlius Rhodoginus ab effectu habere asserit, Peloponesum enim uento insigniter quandoq; oblæsum scribit, sed præcibus expiata Pallade, uenti neruum, hoc est impetũ diminutum, atq; in posterum Mineruã dictã, quæ prius Pallas dicebatur, uel à patre suo Pallante quem occidit, uel à Gygante quodam eiusdem nominis, quẽ bello uicit, Aut à Pallante Lycaonis filio qui eam adoptici am fouit, Poëtæ Tritoniam nominarunt, à tribus prudentiæ, ut Codrus ait, officijs, quæ sunt præterita meminisse, præsentia intellexisse, ac futura præuidisse, uel a/ lijs trib. eiusdem uirtutis gradibus, qui sunt, bene cogitasse, Bene dixisse, et recte fecisse, Aeschilus à Tritone fluuio Lybiæ, sic dictam asserit, seu à Iouis capite ex quo edita est. Nam Bæotiorum lingua Trito caput signi/ ficare palam est, Aut quod Minerua seu Pallas eadem

Minerua unde dicta

Minerua ab initio Pallas.

Pallas Tritonia.

Trito caput significat.

dem sit, quæ & luna, quæ tertio à coitu die apparet, seu quod nihil ab aere differat qui tertium est elementum, Hinc item Diodorus primo libro aërem Pallada nominat, & Iouis ex cerebro filiam atq; uirginem, quoniam uno corrumpatur, & sublimiorem locum teneat, Phornutus Hippiam dixit, quod equos prima fere domuerit, & Glaucopim non quod glaucos habuerit oculos, inquit Stephanus, sed quod aer glauci sit a/ spectus. EVAND. Quidam à noctuis eiusdem colo/ ris auibus Mineruam sic uocitatam asserũt quas huic deæ sacras compertum habemus. THEOD. Recte Euander, sed & flauam à capillorum colore, Trigeminam item propter anni tempora, Ver, æstatem & hyemem, Lyndiam Diodorus uocat à ciuitate in Rhodo, ubi religiose culta templum habuit, & Opthalmitim quod Lycurgum, quem cum Alcander in templo unico priuasset oculo, ex altero custodisset indẽnem, Cyparissiam à promontorio Laconiæ huic sacro, Chalamitim quod cum Bellerophonte Pegasum equũ alatum domuisset, Ergatim quòd lanificij usum fœminis indicasset, Neduſiam à flumine Nedo, ubi eã tẽplo uerabãtur per Nestorem ædificato, Et Cyristim ab oppido Syriæ, Phornutus Soricenteram nominat ab hasta quæ huic attribuitur, Arsenothemim à grauitate & ira uirili, Et Armipotentem Maro dicit, quòd est belli dominam. EVAN. Nominum rationem iam susq; de/ que ferimus, deæ simulachrum adpone. THE. Passim

Pallas Hippia Glaucopis.

Flaua. Pallas Trigemina.

Lyndia.

Opthalmitis.

Cyparissia. Chalamitis.

Ergatim. Neduſia. Cyristis. Soricentera. Arsenethæ. Armipotens.

Mineruæ simulachrum.

in tẽplis mulier ſtabat Panopliata, toruis & glaucis oculis, pallio tecta triſariam colorato, dextra haſtam vibrans, & ſiniſtra ſcutum habens criſtallinum, Gorgonæo capite tectum, aſtante oliua uiridi, cum draco ueſperuolante noctua, ſic.

PALLADIS IMAGO.



Vbi ſi nebulam detrahas, panopliata mulier uirum ſapientem, aduerſus omnes affectus, ſe armandum & uitijs uiriliter reſiſtẽdum ſignificare uidetur. Aut Mineruam belli principem & inuentricem fuiſſe declarat, uelut Ciceroni ſecundo de nat. deorũ placet. Belli principem fuiſſe decenter habetur efficium, Niſi

Mulier armata quid.

Niſi enim ſapienter bellum regatur, omnis belli deſiderit nerus, belligeransq; ſuccumbit. Armaturam Lactantius eo refert, quod Mineruæ numen ſanguinis effuſione tantum placandum erat, & ſacerdotes eius proprio cruore ſacrificare cogebantur libro primo cap. 21. Toruitas oculorum, & glaucedo, uirum ſapientem monent, ne blandus uitia contempletur, ſed uelut haſta minitans abhorreat. Pallium triſariam coloratum candidi quippe, aurei & purpurei coloris, ſapientiæ, cui præfuit Pallas, figuram præbuit. Nam eã didus color, Firmiano teſte, ſapientis ſimplicitatem reſpicit exuberantem, Aureus internitẽs, ſapientiæ uim fulgurantem, purpureus ſapientiæ penetrantem fulgorem, Seruius peplo tectam ſcribit Palladem. grata diſtincto uarietate, & multiformem prudentiæ actionem ſignificare ait, futurarũt præiudiciũ, longam haſtã denotare ſcribunt. Et ſcutum criſtallinum uiri ſapientis magnam ſolertiam. qua ſe ipſum haud aliter intus diiudicat quam ſi in ſpeculo criſtallino ea cõtempletur quæ ſunt ab extra. EVA. Aſt ſcutum monſtro tectum hoc eſt Gorgoneo capite, mirabile uidetur, ſed uirum ſapientem omnes malos affectus à ſe proſcribere ſignificat, admiſſos item, huius capitis inſtar, mortificare. Id pulchre Lucianus in colloquio quodã oſtendit. Vbi Cupido interrogatus cur à Minerua ſola abſtineat, alios omnes lædens deos, Quia terribiliter inquit Minerua uidet, faciem oſtentans uiperis quam maximo pere reformido, Macrobius tamen ad Apollinem, cui

Pallas cur belli princeps.

Pallas ſanguine tantũ placanda.

Torous oculorum quid.

Minerue Pallium cur coloratum.

Mineruæ peplum quid.

Scutum criſtallinum.

Caput Gorgoneum quid

cui Minerua præsidet, hoc est solem, quē grauiter pos/
Oliua cur Palladi sacra. sumus intueri, refert, Oliuam pacis dixerunt symbolū
& propterea Mineruæ dicatā, ut bellum sapiēter, pro
pter pacem suscitandum ostenderēt, Diodorus ab hac
aliam scribit rationem sexto libro, dicit enim olearum
oleiq; educendi rationem Mineruæ attributam, Et an
te huius deæ ortum hanc arborem alijs syluestribus
intermixtam, Ouidius sexto transfor, ortum quandoq;
bellum scribit, utrum Pallas uel Neptunus Athenis
nomen imponere deberet, Vbi dij statuerint ut qui ge
neri humano rem cōmodiorem inuenisset is urbi no/
men imponeret, Cum igitur Neptunus tridente per-
cußisset terram equus emersit, Sed Pallade eandē per
hastam fortiter percuciente oliua in lucē prodijt, quæ
mortalibus commodior iudicata, Palladem uictricem
Cur draco cū Pallade. effecit, & huic deæ sacra in posterum est habita, In
Dracone, qui Palladi astat Phidiæ solertem possumus
notare prudētiam, Dum semper Pallados effigiæ dra/
conem uigilantißimum animel adpingere cōsuererat,
uelut tacita innueret ambage, uirgunculas, (fuit enim
hæc dea uirginitatis numen) peruigili indigere cura ut
pudor castus seruetur, & illibatus, Id quod etiamnum
Noctua quare cum Minerue glauca significat noctua quæ Marci Varronis autori
tate, noctu uigilat & uolat quoq;, uidens quæ auium
uulgus minime uidere potest, Cœlius scribit Rhodogi
nus Athenienses in Mineruæ gratiam nummis tam au
reis quam argenteis noctuam cum Palladis & Iouis
uultu

uultu excudisse. EVA. Non habuerunt aliam ab hac
præfata Mineruæ imaginem ueteres? THEO. Habue/
runt, Nam sedentem quandoque pinxerunt cum gal- Gallus et Cornix cur Mineruæ.
lo, cornice, capite Gorgoneo & oliua, quandoq; item
cum ariete, Vbi gallus sapienti frequenter uigilandum
nulloq; tempore in otio quiescendum declarat, Nam
temporis ales gallus est uigilijs maxime incumbens, Aries quid cum Mineruа.
Cornix annosa, sapientum consilia uiuida, rarißimeq;
moritura denotat, de alijs dictum est. Sed arietis inuo
lubrum ad sapientiam alludit quæ Pallas est, qupd sic Pallas cur ex cerebro Ioui
Martianus carmine probat. Virgo armata decens
rerum sapientia Pallas. Palladem autem in cerebro re
sidere, cui aries circuli animalis signum, dominatur,
uel hoc argumento est quod hanc deam ex Iouis cere Platonis opinio.
bro hoc est ex summi dei bonitate sine matre, quod est
absq; terrena fece, procreatam fabulantur, Sapientiā
in cerebro residere Plato quoq; his uerbis compro/
bare uidetur, Cerebrum inquit animæ nostræ principa
le habitaculum est, Sed cerebro arietem præesse Ma-
nilius sic declarat Lanigerum Pallas taurum Cythe-
ræa tuetur. De Minerua nunc Euander uela compli-
cabimus ut Martem attentemus. EVAND. Placet
Theophraste.

DE MARTE.

THEO. Martem sine patre, Naso progenitū Mars absque matre natus.
docet, Iunonem etenim floræ, Zephyri uxoris suasu
in Olenio campo florem decerpsisse dicit, cuius odo/

re percepto, Martem conceperit, eundemq; stato tem-
pore genuerit, Nasonis uerba sub floræ persona hæc
sunt Mars quoque, si nescis, per nostras editus artes.

Gradiuus. Iuppiter hoc, & adhuc nesciat usq; præcor. Hunc
Gradiuum nonnulli dictum asserunt, quasi gramineũ
quod à gramine hoc est flore ortum traxerit, Ex quo
gramineam coronam à militibus magni ductam uige-
Mars unde dicatur. simo secundo libro, Plinius scribit, Quidam quod ma-
Mauors. ribus præsit Martem dixere, siue Mamertem ut Sabi-
nis placuit, Cicero Mauortem nominat secundo de na-
tura deorum, quia magna uertat Albricus quòd belli
Mars germanicum numen deus sit & uiros deuoret, EVAN. Cornelius tacitus
Martem Germanicum fuisse numẽ edocet Theophra-
ste. THEO. Quod facile crediderim Euander, dum
Germania ciuitates quasdam à Marte nominatas ha-
Martisburgum. beat, uelut Martis Burgum olim uilla, nũc Haßiæ me-
Marchburgum. tropolis quam Spanhemius Marchburgum à Marco-
mero, Marcomeri uigesimi sexti regis Francorum fi-
lio, dictam asserit, Mons Martis, Vestualiæ oppidum,
ubi Martis tria adhuc cernũtur altaria, Marsburgũ
item Metropolis Misniæ, Et Martinopolis saxoniæ ci-
Martinopolis in Saxonia uitas, ab Hunis deuastata, & ab Heinrico secundo, an-
no domini quarto, iterum erecta, Othmarshaim simili-
Othmarshaim Alsatiæ pagus ter Alsatiæ pagus, in quo Otho imperator Marti tem-
plum erexit & à se & Marte Othmarshaim quasi O-
Mars deus cõmunis. thonis & Martis patriam nominauit, Græci & La-
tini hunc deum cognomento dixere Communẽ quod
in con-

in conflictu indifferenter pugnantibus fauẽret, Ro- Marsspiteus.
mani patrem, dum Romulum & Rhemum urbis con-
ditores huius filios crederent, Et Quirinum ab hasta Quirinus.
quæ Sabinorum lingua quiris dicitur, Itẽ Cœcũ quòd Cœcus.
stratagemata plerunq; milites in nocte adorent, quæ
cœca est, Græci Thurium hoc est impetuose insultan-
tem, & Marmessum quod est Martialem, seu Bellico- Thurius.
sum, Homerus Tyrannum nominat, quòd Mars in bel- Marmessus.
lo nemini parcat, ac Theritã à Thero sua nutrice, Co- Tyrannus.
ricolum item galeam concutientem, Oletorem quasi Therita.
grauantem, dum bello nihil grauius sit, Et sanguineũ Coricolus.
sanguine gaudentem. Poetæ belligerum Bellipoten-
tem Armipotentem & armigerum uocitant, Et Or- Oletor.
pheus Androphonum quasi hominum interfectorem: Sanguineus.
Chalcoristem Homerus quasi arma ærea poßidẽtem,
Chalcaspim quoq; scutum ex ære habentem, Adama- Belliger
ston inuictum. Daristhenen à lancea, & Hyppium Armipotens.
nam quidam equo insidentem pinxerunt. EVAN- Androphonos.
DER. Annis plusminus quadraginta sex Othmars- Chalcoristes.
hemij, cuius iam mentionem fecisti, in sacris ædibus Chalcaspis.
ex tholo Martis pepẽdit idolum currum duobus equis Adamaston.
ignem euomentibus uectolorica & galea armatum,
ante se lupum, in rictu ouem portantem, habentem Daristhenes.
post se gallum, id quod maxime hic uides. Cuius rogo

MARTIS

MARTIS IMAGO.



Corum Martis quid.

Theophraste nunc quoque interpres esse uelis.

THEO. volo & eo libentius quod hoc ualeam, attẽde, Currus & equi militiam spectant cui Mars præfuit quem iratum, saltem equo bello habili, placandum ueterum credidit religio, Armaturam Diodorus primũ Martem indicasse militibus scribit, ideoq; passim effictum panopliatum, Equi duo Dimon & Phobon, metus sunt & terror, qui Martem trahunt hoc est præcedunt, statim enim ac bellum indicitur, hij equi ignem euomũt ut omnes territẽt. Lupus ouẽ portans. Martis sacrificulos, hoc est milites concernit, qui aliena bona non aliter prædantur quàm lupus oues, etiã proprias

Armatura quid

Qui duo quid.

Est enim Martiale animal lupus, Sed Gallum ideo iunxere Marti, quod hæc auis omniũ sit pugnacissima, crista quippe', calcaribusq; armata, quodq; sic pacis bita sit impaciens, ut subinde militem truculentum mi/ nimeq; paciferum, Martis pullum uulgo dicamus, ein kriegs henlin, uel quòd gallus militiæ multum conue/ niat, quia uigil est & auroræ anteambulo, quam mili tes potissimum quibus populi commissi affectant, sicut Hõmerus secundo Iliados pulchre ostendit, belligeri Atridæ proles dormis ne Agamemnon? Perpetuam noctem dormire haud principem dignum est. Cui populi cõmissi, & tanta negocia curæ. Lucianus item in Gallo, Martem Gallum adolescentem quidam in deliciis habuisse scribit, ubi etiam sub typo auis, adolescẽtem intelligendum non inficiamur, Et sic quæ petieras habes Euander, quæ nunc supersunt? EVAN. Vt Ve/ nerem attentes quum præ cæteris cultam nouimus.

Gallus cur Martii adsit.

Non dormiẽdum principi uiro.

DE VENERE.

THEO. Veneres tres uulgatim poëtarum scripta celebrant, unam ex inguine Saturni & spuma maris quam ἀφροδίτην nominant. Alterã ex Dione, Iouis filiam & Aeneæ matrem, Tertiam cœli & Dei prolem, amoris synceri, puriq; præsidem, quam uraniam quidam dixere, M. Varro quartam addidit, & Ascartem uocat, ex Syro & Syrene enatam, Ast quia

Veneres quatuor.

Veneris

Veneris tam frequēs in omnium scriptis habetur usus, subinde una ponitur pro alia, Sed bifariā, primo quia cœlestem naturam Venerem quamuis dixerunt ueteres, et causam singulorum effectuū, Secundo quia mixtim quæq; Venus, hoc est rerum natura, in admiratio nem omnium, omnes inducat, Primam Aristophanes Aphroditen, ut dictum est, uocat quod spernatis natura sit ἀφρώδης, id est spumosa, Aphrodisia dicimus quæ lasciua sunt & amatoria, Hesiodus eandē φιλομμηδέα nominat, quod ex Cœli pudendis quæ μήδεα dicuntur apparuerit, Acidaliam multi quod curas iniecerit quas græci ἀκηδίας uocant, seu quòd ἀκίδας spicula dicunt quibus cupido iaculando utitur, Quidā Libitinā quòd uitæ principio mortiq; anceps præsideat, Secundam complures ἱππίαν efferunt hoc est equestrē, ab Aenea filio qui diuturna nauigatione fessus equum ascendit & matrem equestrem coli instituit. EVA. A uentu state. Venerem dictā arbitror Theophraste. THEOPHRAST. Non Euander, sed quod per eam omnia ueniant id est oriantur quemadmodum secundo de natura deorum Cicero testatur, & Iouianus Ponta. in carmine secundo Lyrico. Hanc Verticordā quoq; nominarunt, Cui Marcellus Romæ, deuicta Sicilia, non in urbe, sed ante portam Collinam templum magna mole & insigni porticu instructum erexit, ostendens nimirum esse politicum Romanas mulieres nullam in urbe habuisse Venerē, hoc est caruisse luxuria, In Sa-

Venus una pro alia bifariam.

Aphrodite Venus dicta.

Aphrodisia quid.

Philomedea.

Acidalia.

Libitina.

Venus equestris.

Venus uno dicta.

Verticordia.

Veneris Dexicreon.

mo Dexicreontem nominarunt, uel inde quod Dexicreon nauta quidam, cum negociandi causa in Cyprū nauigare statuisset, Venus illi demandarit ne alia re quam aqua dulci nauem grauaret, Ex qua, quum obediens fuisset, & aquæ nauigantibus maximus increbuisset defectus, magnam cōflauit pecuniam, propter quod statuam deæ erexit & suo nomine in talionem Dexicreontem nominauit, A Syrijs Melitta dicebatur, Arabibus Alitta, Eleis Vrania, Scythis Agrinipasa, Cyprijs Pytho, uel dea barbata aut Calua seu armata, Thebanis præpotens & Persis Mitra, Dionen itē à matre uocant, Macedones Pythionicen uel inde quod Harpalus Macedoniæ regulus, cum Pythionicen uirginem quandam amasset, Veneri templum ualde sumptuosum erexit, & in amatæ gratiam sic inscripsit πυθιονίκης ἀφροδίτης id est Veneri Pythionices, Epitragiā quod hirco placāda foret, Exopolim quoq; quod Alcamenes Phidiæ discipulus, Veneri statuam extra oppidum statuisset, Hortulanā Romani dixere, quòd hortorum custodiā, ut Varro docet, decimasexta Augusti, huic cōmitterent, Spartani Migoniam à templo quòd Paris huic in Migonio post Troiæ deuastationē erexit, Aegypti Elephantinam à loco eiusdem regionis ubi simulachrum ex ebore sculptum habuit: In Cypro Idaliam nominarunt à silua in qua religiose culta est, Caluam Romani, dum enim Galli Romam

Melitta. Alitta. Agrinipasa. Pytho. Barbata. Dione. Pithionice. Epitragia. Exopolis. Hortulana. Migonia. Elephantina. Idalia. Calua.

cepissent

cepissent, & pro fundis ac catapultis funes, ut capitolium quoq; expugnarent, non haberent, caluas fecerunt mulieres, ut ex capillis earum funes necterent, quæ in posterum Veneri sacra fecerunt, ut iterum ab eis succrescendo caluities cessaret, & sub hoc nomine in posterum uenerata est, Paphiã item à loco & Mechaniten quod est ad omnia expeditam, Imaginem Euander huius deæ nusquam fuisse certam, uel id Argumento est, quod in Papho effigiem habuit forma humana carentem, quæ latiore initio in tenuem ambitum, pyramidis modo uel metæ cacuminata assurgebat, quemadmodum apud Cornelium tacitum actorum diu nalium septimo legimus, Quod item in Eleo scopæ opus stabat, & Phidiæ, uno pede hircum, altero testudinẽ premens, In Cypro item Barbata uirili specie, & habitu muliebri eadem uidebatur dea, Romæ pectinem in dextra tenui. & concham marinam in sinistra, Phœnices sub stellæ figura hanc coluerunt quam Heosphorum dixere, Et Praxatiles statuarius in Guidram ridentem & nudam ex marmore sculpsit quæ sinistra pudenda tegeret. EVAN. Veneris simulachrũ sedens aliquando per Canachum formatum uidi polum gestans in capite, & una manuum papauer, altera malum. THE. Protheo tot non ascripserunt figuras Euander, quemuis credo, singularem pro uoto sibi effinxisse, Hanc Lacedæmones caput habere obuelatum pinxerunt pedicis ligatam, Et Phryges iuxta Caiacum

Paphia. Mechanite. Paphia Venus. Venus Elea. Venus Cypria. Venus stella. Venus à Canacho for. Venus Lacedæm.

iacum fluuium sub bouis figura ueneratam quoque legimus, tamen præ cæteris communior fuit ut cum staret satellitio elegans mulier coronata rosis, in detra habẽs caliptrã. Satellitium fuit Gratiarũ chorus, Vulcanus, Mercurius, Suada, Cupido, Volantes albæ columbæ & cygni. EVAN. Hanc rheda uehi quandoque fingunt, quam aues præfatæ trahant hoc modo.

VENERIS IMAGO.



THEO. Omnia fabulosa uidentur, sed uera recessus ostendit. EVAN. Quæ? dic ea. THEO. Attende, nam ordine percipies: Quia Veneri superius hemisperium

Cur Venus sub stella uenerata.

sperniũ Phœnices attribuunt, statuam in pyramidẽ fastigiatã solis typũ referre aiunt, qui radios in principio latos, & à se elongatos, lanceolæ instar tenuiores eijcit, Sed scopæ opus pede hircũ premẽs politicũ esse docet et honestũ, si mulieres hircũ, hoc est libidinẽ refrenent, libidinosissimũ enim est animal hircus: Testudo aũt uel domiporta, debere mulieres ædiũ esse custodes innuit, & silentij amatrices, id quod Plutarchus quoq; monet, dum Aegyptias mulieres pro patrio ritu calceorum usui caruisse testatur, ut domi manere, domumq; custodire cogerentur, dum item non loqui illis concessum asserit, nisi cum uiris aut per suos uiros

Cur hircũ premat & testudinem.

Mos Ægyptiarũ mulierũ.

Venus cur barbata.

Venus barbata muliebri habitu, utriusque sexus participationem significat, Amoris enim incendio & uiri & mulieres pari lance accenduntur: Vnde nimirum contigit ut Caluus Venerem deum nominauerit, & Leuinus Venerem almum dixerit, Marone subscribente, qui secundo Aeneidos inquit:

Venus cur dicatur deus.

Descendo, ac ducente deo flammam inter & hostes
Expedior.

Pecten Veneris quid.

Pectinẽ in dextra significare testãtur quot Romanis mulieribus aliquando fœdus obrepserit capitis pruritus, sic ut depilatæ omnes cõparuerint, nullusq; amplius pectinũ fuerit usus: Vbi Veneri nuncupatas uotis rursus succreuerint pili, & in gratiam Veneris statuæ pectinem addiderint. Alij tamen, aliam pectinis addunt rationem, sicut in nomine comparet, quando

hanc caluam uocari diximus. Concha nulli dearum rectius adscribi poterat, quàm Veneri, uel ob candorem quem cum Venere concha cõmunem habet, uel quia partus concharum margaritæ sunt mulierum ornamenta, seu quot Venus in Cyprum primo per concham inuecta sit. EVAND. Ast sub stellæ figura hanc cultam quid habet? THEO. Veneris stellam, hoc est, Phosphorum uniuersi cœli, sicut astrorum narrant peritiss, maximum esse ornamentum. EVANDER, Praxatilem uero ridentem et nudam, ut sinistra locum tegeret obscœnum effinxisse miror, quum alij uestitam formarint. THEOPHRAST. Risum à poëtis mutauit Praxatiles, qui subinde ridentem nominant, & maxime Homerus in multis locis, ac Theocritus in Cenocleipta, cui χαμάτης γελάσασα dicitur, hoc est, ridens mater, quot Veneris furtiuum opus cum risu nunquam non perficitur. Nuditas amatorum mores concernit, quibus nulla factorum teguntur, sed cuncta aperta habentur: Vel si teguntur, sinistra teguntur, quæ in omnes actus tardior est manus. In capite polus, dijs cœlestibus imperitare denotat, & papauer in manu ac malum, fœcunditatem cui Venus præsuit. Quod autem Lacædemones obuoluto capite eam pinxere, castitatem patriæ mulierum respicit, sed pedicis uinctam fascinationem importat, quæ mulieres uiros etiam prudentissimos uisu saltẽ ligant,

Concha cur Veneri.

Cur Venus sub stella uenerata.

Cur Venus nuda & tecta.

Venus cur nuda.

sicut etiamnum ex prouerbio colligimus mulieris ocu
los. Vide Erasmi Chyliad. EVAN. Phriges hanc sub
bouis effigie coluisse modo dixisti, quid hoc est? THE.
Bos fertilitatis symbolum. Bos fertilitatis symbolum est, cui Venus præsidet, dum
omnium productorum quasi mater habetur. EVAN.
Venus cur rosis coronata. Cur rosis coronata communior figura comparuit?
THEO. Iouianum Pontanum audi, qui causam reddit
in primo Eridani:

Pectebat Cytharea comas, madidumq; capillum
Siccabat, Charites carmina lecta canunt.
Ad cantum satyri properant, ad carmina Nimphæ,
Carmina de tacitis sæpibus hausta bibunt.
Hinc aliquis petulans ausus prodire, Dionem
Intuitur, docta dum linit ora manu.
Erubuit pudibunda, ruborq; per ora cucurrit
Occupat & teneras purpura grata genas.
Mox interq; rosas, interq; roseta refugit,
Delitet, & molles spirat ab ore crocos.
Dum spirat funditq; crocos, dum purpura fulget
Concipit afflatus Dedala terra deæ.
Hinc & purpureum flores traxere colorem
Quæq; prius candor, purpura facta rosa est.
Has legite, his teneræ crines ornate puellæ
Pæstano niteat lucida rore coma.
Vere rosas, æstate rosas diffundite diuæ
Spirent templa rosas, ipse & olete rosas.

EVAN. Hæc de rosis, sed caliptram quomodo inter/
pretantur

tantur mythici & Gratias? THEO. Vt mulieris ca/ Cur Gratiæ cum Venere
stæ procis urgentibus constantiam denotet caliptra, cur Mercurius Suada, uid.
Tres uero Gratiæ, hoc est, nudæ sine fuco uirgines, ut
amorum sint conciliatrices, quæ per Mercurij conue
nientem sermonem Suadam adiuuent, ut persuaden/
di uim cum Vulcano ingerat, qui ignis est, in hoc æstu
ans ut quæ uerborum lænocinio persuasa igne, id est,
amore flagrent. De Cupidine suo capitulo quoq; di/
cetur. EVAN. Ast quæ columbarum significatio est, Venus cur se
& cygnorum? THE. Columbas Veneri Seruius fu/ cum colũbis habeat.
isse in delicijs scribit, propter frequentem fœtum &
coitum, Mancinellus ob albedinem, quæ mulierũ con/
cernat lauticiam, sed Lactantius Grammaticus ad fa/
bulam quandam refert: Scribit enim Venerem & Cu
pidinem lasciua contentione quandoq; certasse, uter
plures sibi flores colligere posset, ubi quum Cupido
alis adiutus Venerem ferme superasset, nymphã quan
dam Veneri suppetias dedisse, unde cupidinem iratum Peristera
eandem in auem mutasse docet, quæ Græcis Peristera, auis.
Latinis columba dicitur: Tamẽ ne propter Venerem
frustra luisset uirgo, cautum sit ut semper par colum
barum pro recompensa Veneri adstent. Fabulam Na
so multis tractat. Cygnos item huic numini ob can/ Cygnus cur
dorem quoq; attribuunt, quem subglaucum habẽt ma Veneri sacer.
ris instar unde orta est, Mancinellus propter cantus
dulcedinem adstare ait, dum animantium animos can
tu maxime trahi nouerimus: Passeres quoque uelut li/ Passeres cur
bidinis Veneri.

bidinis typum sæpißime auibus præfatis addunt, sunt enim tam efferatæ libidinis ut etiã passeribus uescẽtes in uenerẽ occumbant: Sic etiam Euander de Venere pensum quoq; dedimus, nunc de Vulcano narraturi Veneris marito.

DE VVLCANO.

THEOPRASTVS EVANDER.

Notatur gentium noua religio.

THEO. Vel in Vulcano quoque gentiũ uecordem notaueris insaniam Euander, nihiliq; superstitionem, dum magnis dijs hunc adnumerandũ censuerũt, claudum, mallio, forcipe, ac ferraria arte uictus gratia inter Cyclopes laborantẽ, & egentẽ quandoq;, quum deo labor non conueniat, neq; illi egestas incumbere poßit, penes quem omnis omnium est copia rerũ atq; thesaurus infinitus. Vulcanos ergo quatuor fuisse Tullius scribit secundo de natura deorũ libro. Primũ enim Cœli filium, Apollinis & Mineruæ patrẽ asserit, Secundum Nili filium, quẽ Aegyptij Opam nominarũt, Tertium qui patrem habuerit Menelaum, regem insularum Vulcaniarum, Et quartum Iouis & Iunonis prolẽ, deorum fabrum, & Veneris maritũ cuius nunc mẽtionem faciemus, Huic apud Aethnam notißimum Siciliæ montem, templum erexerunt multo honore celebratũ, ac septo circundatũ, in quo ignis inextinctus seu perpetuus asseruabatur, cum ea canum perpeti custodia, ut qui caste pieq; hoc intrassent, canes illis uelut beneuolis adblandiebantur, quique scelere aliquo polluti,

Vulcani quatuor fuere.

Templum Vulcani mirabile.

poluti mordicus in illos irruerent, lacerarẽtq;. EVA. Sed quàm huius euẽtus causam, si sollcitius perquiras, arbitraris Theophraste? ego cœlitus id fieri dixerim. THEO. Et ego immundorum spirituum fallaciosæ acceptum refero sedulitati, quando unum illis studiũ est, in tendiculam, per momenta rationalem animam præcipitasse, fiat id quoquo modo poßit uel per Vulcani uel per alterius idoli cultum, Sed audi Euander cur hunc Lemnium dixerint, ut clarius tibi ueterum innotescat explodenda uanitas, & nusquam prius audita furiosa superstitio, Scribit enim Homerus in fine primi libri Iliados, Iouem aliquando cũ Iunone, quod interconiuges non ita rarum est, rixatũ, & denuo ad uerbera raptum, Sed Vulcanum Iunoni subsidium dedisse, idq; Iouem egre tulisse, & Vulcanum pede cõprehensum, in Lemnum præcipitasse, quem incolæ sustulerunt ac pro Deo deorumq; fabro coluerint et Lẽnium dixerint deum, quem græci γελωτοποιόν, id est morionẽ, dũ in aliorũ deorũ cõuiuio claudicatiõe risum moueat, & calicẽ matri præbẽs morionis instar ridicula loquatur, Sed Phurnutus fabulosa esse docet & aliud inhil significare quã ante instrumentorũ, quibus ignis excutitur, inuentionẽ. Iouẽ in terrã impetuose Vulcanũ misisse hoc est fulmẽ, à quo in Lẽno insula primus ignis accẽsus sit, quẽ incolæ postea uelut deũ perpetua coluerunt reuerẽtia, & ceu sacrum inextinguibilẽ in tẽplo de quo dictũ est asseruarũt, Et ignipotentẽ Vulcanũ nominarũt q Ioui cũ trib. Cyclopib. Brõte

Cur hoc templum huius euentus.

Vulcanus cur Lemnius.

Vulcanus morio.

Ignis primus in Lemno.

Ignipotens.

Mulciber. Sterope,& Pyracmone sua fabricarit fulmina, Vnde Mulciberum quoq; uocarũt quod ferrũ per ignem molle redderet,& pro uoto ad quæuis habile perduceret, Syculi Aethneum dixere quod in Aetna tẽplum

Elous. Claudus. sicut dictum est habuerit admirabilis euentus, Dori Eloum uocitarunt, Claudum multi & tardipedem, propter sui pedis iacturam, quam à casu in Lemnon habuit, Clytotechnen quidam uel Technodictũ quasi ingenioſum artificem, quòd domuum structuram primus edocuerit quum prius in antri habitassent homines, quod item Iunoni sellam fabricarit eo ingenio & artẽ elaboratam ut quoties Iuno sederet, in eam statim hoc modo se uinctam sentiret, ut nemo quàm Vulca-

Clitotechnes. Thechnodicton.

Cur Bacchus Vulcanũ precibus uicerit. nus artis magister ea uincula soluere posset, Vbi quãdoq; dijs omnibus solutionem negauit, Baccho excepto qui precibus fabrum uicit, ut Iunonem liberaret, significandum fortaßis Bacchum, hoc est uinũ, ea posse quæ sæpius dij omnes hoc est maximus potẽtatus ne

Vulcani imago. queat, Vulcanum fabrum pinxerunt cæruleo tectum pileo claudum & deformem, Iconem hic pono.

VVLCANI IMAGO.



EVAN. Oedipum præsta Theophraste & imaginem expone. THEO. Eusebius id facit & Vulcanum ignis uirtutem interpretatur, Pileum autem cæruleum uniuersi cœli reuolutionem, ubi integer synceriusq; Vulcanus id est ignis inueniatur, qui si de cœlo labatur, claudicet, id est imbecillior inueniatur. Quorum hunc à simijs enutritum poetarum fabulæ narrãt ignis naturam respicit, qui haud aliter singula informat & imitatur quàm simia deformosissimũ animal, Nunc Euander de Vesta dicemus quæ Vulcano maxi

Pileus cæruleus quid.

Vulcanus cu à simijs enut.

me

me iungitur dum hanc ignem quoq; arbitrati sunt quã doque. EVAN. Exordire igitur ut portum denuo attingamus optatum.

DE VESTA.

THEOPHRAST. EVAND.

Duæ Vestæ. THEO. Duæ Vestæ celebres ueteribus extiterunt quæ dearũ uicæ cultæ, Prima Saturni mater ædium structurarum inuentrix Diodoro asserente quũ prius antra inhabitanda fuerant, Cui Plato ante alios deos maxime sacrificatum docet, quod hanc diuinorũ stabile fundamentum crederent, seu domicilium, uel larempotius, hoc est ignis focum, Secunda eiusdem dei ex Ope hoc est terra filia quod à foco in sublimi ignis seu inflammatio accendatur, quam uirginitatis deam arbitrati sunt, & sex uirgines assectas dederunt, quæ perpetuum sic custodirent ignem ut si per negligentiam extingueretur à pontifice uerberarentur, aut si una uirginitatem amisisset uiua defoderetur, Ambarum tanta est confusio ut unam pro altera ponãt. Tamen eas id discriminis inuicem separat ut quando Vestam terram insinuamus, Saturni matrẽ intelligamus, Quum ignem, Saturni filiam. EVA. Ast sub aqua figura coluerunt ambas? THE. Primã sub muliebri cum tympano, Alteram sub uirginea in foco ignem conseruantem, ut hic comparet.

Vesta lares, aut focus.

Vestales sex

Vestæ effigies.

VESTAE IMAGO.



EVAN. Sed primæ cur tympanum, dederũ? THEO. Quòd uelut tympanum, uentos in se contineat tellus. EVA. Ast ignem uirginitatis deæ adscribi mirabile est. THE. Non, quemadmodũ enim ignis ex se absq; alterius rei cõmixtione nihil parit, ita Vestæ huius imago, uirgines sine legitimi mariti copula nihil parituras, monet. EVA. Vestam unde dictam arbitraris. THEO. Ἀπὸ τῆς ἑστίας hoc est à foco in quo ignis alitur, per focum terram intellige & primam Vestam Nã altera à uestitu nominatur quod ignis id est Sol, terrã uarijs herbis & floribus uestiat. nũc de Neptuno.

Ignis Vestalium quid.

Vesta à fuco.

DE NEPTVNO.

THEOPHRASTVS EVANDER.

Neptunus unde dicatur.

THEO. Neptunus maris dominus fuit Saturni & Opis filius, maritus amphitrites, à nãdo dictus sicut Ciceroni placet, uel ut Varro existimat à nubẽdo quòd mare terras nubat hoc est cooperiat, unde Enosigæus.

Enosigæus. Equester.

Equester quoq; dictus est quasi terram concutiens, uel Hippius siue Equester quod ex eo & Pegaside, equus alatus quem Pegasum dixere, natus sit, uel quòd tridentis ictu ex terra equum exciuerit, Cui ob hoc, Illirici quaterno anno quatuor equos in mare proiecerint, Seu quòd primus equos domuerit & equitãdi artem edocuerit, Poetæ Liquidium dixere, quòd terram liquefaciat: Tridentiferum alij à tridente, & Tauricipitem, quod tauros in sacrificijs illi imolarent: Onchesium à loco ubi templum habuit, Tenarium item à Tenaro in quo delubro honoratus est, Martianus Portunumus nominat quod naues cõmode in portum deduxerit, Et Canopus multi quòd templum à Canopo sibi erectum habuit. EVAN. Germanicũ numen fuisse Neptunum prædicant. THE. Hoc inde colligimus, quòd Etlinge oppido Rheni, nunc sub Marchionum Badensium ductu militante, & à Troianis condito, Phorcis Neptuno sumptuosissimum templum erexit & oppidum Posidonopolim quod est neptuni ciuitatem dixit, quòd postea Neptingen dixere à Neptuno, sed orthodoxæ fidei addictum ne ethnicum nomẽ retineret Etlingen

Liquidius. Tridentifer. Tauriceps.

Tenarius.

Portunus.

Canopus.

Neptunus germanicum numen.

Etlingen oppidum Rheni

Neptingen à Neptuno. Etlingen.

lingen uocauere, Imaginẽ Neptuno addixerunt qualem hic uides.

NEPTVNI IMAGO.



Homo nudus equo insidens cum tridente mare tranabat, quem Tritones ceu regem natando sequebantur & seruitium, præstabant, quæ omnia Neptuni inuentum respiciunt, Nam pro Cretensium allegato, artem nauigandi in classes ordinauit, eiq; arti à Saturno primo ordinatus est præfectus aut deus. Diodoro scribente 6 lib. qui ob hoc Neptunum mari quoq; impe-

Neptunus artem nauig. docuit.

imperasse & à nauigantibus sacra accepisse testatur, Cur equo insideat tridente armatus supra dictum est quando Neptuni facta nominum est mentio. Tritones monstra marina Plinius asserit, trigesimo secũdo suæ historiæ, conchis canẽtia, hæc item de Neptuno suffi/tiant Euander, nunc de Cerere.

DE CERERE.

Ceres unde.

THEO. Ceres igitur Saturni & Opis filia, prima litera, ut Cicero secundo de natura deorũ scribit, propter affinitatem mutata, à gerendis frugibus dicta est. Nam prima frugum docuit usum prius saltem pro cibo glandibus existentibus, sicut elegãter quinto transformationum Ouidius scribit dicens.

Ceret agricultuæ inuẽtrix.

Prima Ceres unco glebam dimouit aratro
Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris.

Id sexto lib. Diodorus quoq; Siculus docet, qui & leges atq; iura Cererem inuenisse testatur & inde θεσμοφόρον, dictam, quasi legislatricem, quod etiamnũ Ouidius præfato libro indicat.

Ceres prima leges dedit

Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus,

Varro à creo dictã arbitratur quasi omnium frugum creatricem, Tageatæ παντοφόρον propterea dixerũt id est feracem seu frugiferam, Latini Almam ab alendo nominarunt, dum mediantibus frugibus, cuncta alat, Siculi Catinam ab oppido, in quo templum Ceres habuit uiris clausum & mulieribus patulum, Flauam itẽ ab aristis quæ communiter flauæ sunt, Anaxidoram quidam

Ceres παντοφόρον.

Catina Flaua.

quidam quod est fruges subministrantem, Reginã com plures propter nobile inuentum, & Milesiam à Mile to ubi templum habuit, facis multi baiulam seu faciferam quod dum filiam amisisset proserpinam, obraptũ Plutonis. Facem, hanc inueniendam accendit non extinguibilem, Quod mythicum est, nam Proserpinam lunam interpretantur, quæ dum silet tenebricosa. rapta per Plutonem hoc est terrã dicitur. Spiciferam item, quod spicas atq; fruges plantandi artẽ prima dederit, Et Eunolosiam liberalem, cui agricolæ cõmessando festum celebrabant, quod in hodiernum diẽ nostrates obseruant & Erngans uel sichel henki nominant, Hesichius Simalidam dixit quod est pistricẽ, Nã pinsere docuit panes, Et Laniferam quod hanc primo docuisse oues enutrire crederent, Eleusiniam quod ciues Eleusi oppidi, hanc delubro propter suum inuentum celebrassent, Barbari Aphricanam dixere quod hanc uiduæ eius regionis uelut moniales colerent, & Charchedoniam à Carthagine quod ibidem cũ Bacho templum commune haberet. EVA. Eandem noli oberrare chordam & relictis huius idoli nominibus simulachrum ostende. THE. Hoc cum spicea pinxerunt corona, sedens, una manuum aristas tenens aliquod, altera papaueris multa capita, quemadmodum hæc pictura ostendit.

Regina. Milesia. Sacrifera.

Quid raptus proserpinæ.

Eunalosia. Frugibus in horreum collectis.

Erngans. Sichel henkel. Simalida. Lanifera. Eleusinia. Aphricana.

Charthedonia.

Cereris imago.

CERE-

CERERIS IMAGO.



Cereris altera imago.

Albricus inter duas arbores stantem fingit pomis onustas mulierem pannosam, præcinctam, & ocreis indutam dextra ligonem habẽs, sinistra falcem messoriam, Cuius dextrum latus duo claudebant agricolæ metens unus & alter triturans præsentibus Apolline & Iunone. Prima Cereris imago clarior est quàm quòd expositione indigeat, Altera penitus agriculturam respicit, cuius inuentricem fuisse Cererem uno ore dixerunt omnes, sed mancam aut sterilem sine Iunone, hoc est aere, & Apolline quod est sole, quẽ

Imaginis expositio.

Macro-

Macrobius uniuersi mũdi temperaturam nominauit.

EVAN. Stephanus græcus ab his duabus aliam huius deæ imaginẽ ponit. Nam mulierẽ equino capite Cererem fingit & iubato, petra insidentem, tunica ad talos demissa, draconũ annexis & ferarũ iconibus, una manũ delphinem, altera columbã portantem, quam imaginẽ nusquã hactenus interpretatã uidi, nam omnes solertis rerum indagatoris, hanc adscribũt iudicio, tuaũt Theoph. si quid habeas rogo depromas. THEO. Certi nihil habeo Euander, sed mulierẽ equino & iubato capite fertilitatẽ terræ significare facile crediderim, quum Cererem quæ agriculturam docuit, subinde pro terra poni constet, quæ fertilis est, & equorum medio plantatur, maxime iubatorum, qui seminis profusione abundant, nam tonsis eiusdem defectum esse liquido patet, inde nihil creare possunt. Petrã uastam Cereris molem interpretor, quum lapides Cereris hoc est, terræ ossa Naso dixerit, sed mulierem prolixa tunica indutam, sedentem, Cereris uel terræ latitudinem & immobilitatẽ. Dracones ferasq; annexas cum delphino & columba Cereris potestatem qua cuncta terræ moles alit, licet columbam fertilitati quoq; terræ adscribere possimus, quæ decies in anno geminos parit, Plinio teste. Sic habes Euander quæ deos concernunt magnos aut penates, Iam de selectis paucula addã, ne sine correlario (quod dicitur) à me discedas.

EVA. Recte de Iano igitur exordire. THE. Attende.

Cereris tertia imago.

Equi iubati seminis sunt fertiles.

Petra quid.

Cereris prolixa tunica qd.

Columba decies parit.

DE IANO.

THEOPHRASTVS EVANDER.

THEO. Nunc secundum de dijs auspicaturi librum Euander, penatibus absolutis, selectos, ne non omnem mouisse rudetē uidear, tētabimus. EVAN. Quos dicis selectos? THE. Ianū, Saturnū, Geniū, Plutū. Bacchū, Solē, Lunā, et Tellurē. EVA. Cur selectos? THE. Quod eorū numina paßim usitatiora forent. EVAN. Dic ergo de Iano quæ habes. THEO. Seculo igitur Ianus Latiū rexit, cū Saturno, quo caua arborū domus et spōte nascētia seu uenatus, cibū fontisq; scaturigo potū præbebāt, aureū id uocabant, qui apotheosi uel ideo dotatus, quod religione deditus, iustū rectūq; coleret, citraq; Vicinarū regionū inuidiā, mitis suo præesset regno. Nā ueterū tunc genuina fuit solertia Q. Fab. Pictore asserēte, ut Principes deos facerent, quos nullo uindice uel metu, sed sua spōte fidē colere, ac cuiq; suū attribuere notaßēt, Hūc ueterū pietas omni principio tutelarē deū adscripsit, et ædiū introitus quoq; sacros illi dixit. Quorū etiamnū Ouid. 1 Fast. uoluisse cōprobatur, quādo Ianū contra Cicer. placita à ianua dictū perdocet. Cicero enim Eanū rectius dici contendit, quod sol quē Ianum nominat perpetuo eat, faciēs transitū ab orientali plaga in occidentalē. Iunoniū appellitant cōplures quasi omnium mensiū ingressus tenentē, dum per Ianuariū, sibi dicatū, in cuiusuis mensis calendas, quibus Iuno præest, tramitē faciat. Consinium alij à con/

Dij selecti qui.

Aureum seculum.

Ianus cur deus.

Veteres quos principes deos fecerint.

Ianus à ianua.

Iunonius.

Iuno præest calendis.

Consinius.

alij à conserēdo, id est propagine generis humani, quæ Iani, hoc est solis ductū Macrobio teste cōseritur. Alij Quirinum dixere quasi bellorum potentem, ab hasta quam Curim Sabini nominant, Aut Patultiū & Clusium, quod belli tempore ualuæ eius templi paterent, pacis clauderentur. Bicipitem quidam aut bifrontem, seu Quadrifrontē, & clauigerum, de quibus sequēter quādo Iani interpretabimur simulachrū, dicturi sumus. EVAN. Quale fuit huius dei simulachrū? THE. Numa Pompilius à Romulo, primus Romanorū rex, pius ac superstitiosa ferè religione impeditus, sicut aperte de simulata religione Val. Maximus, ostendit Ianum, quod ad initium aurei seculi, quando generis humani subpullulauit propago, ius & pacem coluisset, quam Ninus rex ad Finem eiusdē seculi noua regnandi cupiditate, Quinto Fabio scribente, infregit, tali figura colendum statuit, ut sedeat in regis solio coronatus, bifrons, dextra occupante uectem & græcum elementum τ sinistra clauem ξ & ι suffultis pedibus duodecim aris. Hic tamen Phœnicibus aliter delineatus paßim in templis cōparuit. Nam Draconē in orbē circumactum, caudamq; suam deuorantem Ianū pinxerunt, omnibus tamē in recessu quid continētibus. Nam solium & corona Ianum regem fuisse redarguunt. Bifrontem quòd omnia quæ ante, quæq; post tergum essent intueretur, regibus nimirū & quibus populi com

Quirinus. Curis quid. Patultius Clusius. Biceps. Quadrifrons. Clauiger.

Ianus à Pomphilio uenerari cepit.

Imaginis expositio.

Ianus cur Bifrons.

IMAGOI ANI.



missi lucidum exemplar, quippe ut præteritarum futu/
rarumq; singulariter excolant memoriã, Macrobius
prmo Saturn. Bifrontem fuisse scribit, quod Ianũ Pom
pilij seculo, solem crediderint, qui utriusq; ianuæ cœle
stis potens sit, & mane exoriens diẽ aperiat, occidens
uesperi, claudat, Cornelius Bassas in libro de dijs su-
perni, infernique regni Ianum scribit portitorem, ideo/
que bifrontem dictum. Sed quidam uertũnum & Ia-
num rebus uendendis & emendis præfuisse docent,
ideoque ambos bicipites nuncupatos, hoc est uersutos,
sicut

Ianus sol.

Ianus portitor.

Vertumnus.

Ianus biceps.

sicut ferè omnes censentur mercatores aut qui uẽden
do sua distrahunt. Quidam bifrontem bilinguemq; i/
deo testantur efficium, quod græcam linguam immi/
scuerit Romanæ, utrãq; enim calluit, quæ postea annis
abactis, Germanos quoq; attigerit, uelut ex græcorum
patet idiomate dum θύρα quod Latini ianuã Germani
ein thur nominant. θύελον item quod latini hostiolum
Germani ein thurlin, ὑπερθύρον superius limen, uulgo
eint uber thurlin, Græci ἀμῶς, Latini uas, nos eimer,
ἀλθαξ lacerta, nos Edechs, λάκκος, lacus, lach, χαλὰ, la
ter ziegel, quarum dictionũ curiosus indagator in no
stra lingua uel plaustra quædã inueniat. EVAN. Ali-
am ego rationẽ duorũ adduxissem capitũ Theophra-
ste. THE. Quam? EVA. Quot fœderibus præsidem
Ianũ habuerint, Romulo enim & Tatio simul redeun
tibus in gratiã, ratũ esse publicitus, historiæ narrant
quot Ianus biceps in utriusq; regno haud aliter cole/
retur, q̃ si inter hos principes fœdus cõpegisset, & au
tor cõcordiæ foret: Macrob. quadrifrontẽ formatum
ait, quod sol quẽ Ianum dixerãt annũ in quatuor tem-
pora diuisum regat, aut clymata mũdi uniuersa respi/
ciat. Sed uectem cur sinistra gerit & clauem dextra?
THE. Ea Quint. Fab. simbolũ interpretatur, q. Ianus
ad pudorẽ & sanctimoniũ domorũ primus ualuas, se
ras, uectes, repagula & claues excogitari, Vel q. Ianũ
utriusq; Ianuæ cœlestis ianitorẽ crediderint. EVAN.
De trib. Græcorũ elemẽtis quæ narras Theophraste?

THEO.

Ianus bilinguis.

Quædam dictiones græce etiam Germanis in usu.

Ianus fœderũ deus.

Quadrifrons cur Ianus.

Ianus cur clauem et uectem gerat.

THEO. Quæ Plinius habet, qui hoc Ianum temporis æui regem fuisse seu deum, ostendere scribit. Nam trecentorum quinquaginta quinq; numerum includunt, quod dies aliquando annos habuit, & trecentum significat, & quinquaginta, quinq;, Plinius libro 34 capite septimo, Idem duodecim aræ denotant, quas Ianus singulis mensibus ad cuiusuis Calendas cum sacris & uini oblatione adornari instituit. Draco autem Phœnicum in se reuolutus, mundum ueteribus Ianum dictum esse ostendit, qui ex seipso alitur, atque in se reuoluitur, Macrobio doctore. Hæc de Iano Euander, cui Quintus Fabius Pictor Saturnum coëtaneum fuisse scribit, unde de iam præfato dëo paucula quoque disseremus, attende.

Saturnus Iano coëtaneus.

DE SATVRNO.

THEOPHRASTVS EVANDER.

Saturnus Cœli & Hecat. filius.

Saturnus unde dictus.

THEO. Saturnus igitur Cœli & Hecates filius, quë principem deorum uana Carthaginensium uenerata est religio, à Saturno dictus inquit Isidorus quod hyeme quæ illi sacrata est, homines saturet, uel q annis saturetur ut Cic. testatur, aut quot se in deuorädis liberis saturet, seu à satu uelut Macrobio placet, quia peritiem ruris & satorũ primus edocuit, agrosq; stercorando in melius cõmutauit, unde Sterculium quandoq; nominatũ legimus. Quidã à mẽbro uirili dictum uolũt, quod ueteres σφάλλω nominarũt. Nã Cœli patris abscidisse pudẽda Saturnũ memorãt. Maro uisitatorẽ dixit, sic uisitator curua seruans sub imagine fälcem,

Sterculius.

Visitator.

Inde

Inde fortaßis quòd uites quandoq; seuerit, Is tali conßabat imagine, Vir ßabat cano capillitio, sed promißa nigra, in pectus q; uergente barba, ægris pedibus, subtristis, pallidus, seu glaucus, pileo tectus, cum dextra fälce armata atq; serpẽte in sese retorta, Siniſtra filiũ paruũ ori deuorandum admouens, Compedibus seu laneo uinculo impeditus, quem Ops sua coniunx panem egenti offerens uelut assecla sequebatur.

SATVRNI IMAGO.

Saturni imago.



Quæ omnia fabulosa uidentur, sed grypho declarato quid ueri comparebit Euander, Canitiem enim

hyemem totius anni molestißimam partem denotare fatentur mythici Saturno sacram, niuibusq; ceu canis albicantem, Argumento sunt festa quæ Saturnalia dicta & per mensem decembrem celebrata. Pythagoras ad hanc canitiem quoq; alludere uidetur, quando ueri pueritiã accõmodat, Aestati adolescentiam, Iuuẽtam autumno, & hyemi tristem senectutem, ab omni negotiorum functione quemuis relaxantem, Sed promissa nigricans barba, aureum seculum quod Saturno regnante fuit significare palam est, quo nemo senescebat, nullusq; aliqua canorũ torquebatur molestia, Hoc proclus innuisse Diadochus uidetur, quando uitã sub saturno καταρὰν καὶ ἄλυπον καὶ ἀπαθὶ id est puram & tristitiæ ac perturbationum dixit expertem. EVA. Cur ægris pedibus hunc pinxerunt? THEOP. Quia omnium planetarũ tardißimi motus est, ut, qui trigesimo anno, istis asserentibus qui astra norunt, pensum suũ absoluit. EVA. Cur pallidus uel Glaucus? THE. Quia ambas mortiferas qualitates habet Saturnus, nam complexionis atrobilariæ est, frigidæ & siccæ, Id uerum esse Ptolomeus probare uidetur in libro de Iudicijs astrorum, quando inquit fœtus sub dominio Saturni aut cõceptus, aut natus, fuscum seu glaucũ assequitur colorem, cito moritur, et peßimas sortitur qualitates, Tectum caput, pileum respicit, non alio (quod libertatis symbolum esset) quam Saturnaliorum tempore seruis permissum, Et quia Saturnum tempus esse

Aetatum distributio.

Nigricans barba quid,

Aureum seculum expers perturbat.

Saturnus cur glaucus.

Pileo cur tectus.

esse uoluerunt, unde κρονὸν dixerunt græci, Ideo falce armatus dextra comparuit, & serpente in gyrum reflexo, Nam tempus metit, (uerba sunt Macrobij (& omnia secat. EVA. Quid cum serpente? THE. Vt idem significaret. Nam ante literas inuentas, serpens Aegyptijs fuit anni symbolum, Seruio teste, Id quod etiamnum Maronem uoluisse suspicor quando inquit, Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. Paruulus ori ad motus fabulæ conuenit, qua ex se pueros enatos deuorare & rursus euomere fingitur Saturnus, quam docti adscribunt tempori, quod Saturnum esse dixerunt, & à quo uicibus cuncta gignuntur absumuntur & renascũtur denuo, Vinctum esse hoc habet quod certa lege naturæ connexa sunt tempora, uel quod omnes finges quarum plantandi rationem edocuit uinculis quibusdam nodisq; alterentur. Seu quod omnium planetarum motus sit tardißimi & quasi compedibus impeditus absq; motu stare uideatur, ut supra dictũ est, Apollodorus laneo uinculo per annum scribit alligari & solui tantum ad diem sibi festum, id est mense decembri. Cuius inuolucrum Macrobius declarat dicẽs, mense decimo semen in utero animatũ, in uitam grandescere, quod donec erumpat in lucem mollibus naturæ detineatur uinculis. EVA. Cur Opem Saturno Iungunt? THE. Terra Ops est quam Saturnus plantandam docuit, ut egentibus hoc est alumnus panem offerat. Et sic de Saturno quoq; habes Euander quæ uolebas, nunc de Genio tertio selectorum deo.

Falx quid significat,

Serpens cur cum Saturno.

Saturnus cur pueros deuoret.

Saturnus cur uinctus.

Saturnus cur laneo uinculo.

DE GENIO.

THEOPHRAST. EVAND.

Genius cui præfuerit.

THEO. Genium ueteres putarunt deum esse qui uim obtineret omnium rerum generandarum & dei filium, hominumq; parentem, quod homines gignerent, Seruius Aeneidos sexto omnibus nascentibus Genius unde dictus. niũ infundi scribit & inde numẽ familiare dici, Quod Censorinus nuncupatum ait, quia ut gignamur curet seu quia una nobiscum gignatur, aut quod genitos semper tueatur, Euclides Socraticus duplicem omnibus

GENII IMAGO.



appo/

appositum Genium dixit, bonum & malum, quem nostrates theologi, ni fallor, sequuti, quando duos unicuique Genios, quos angelos uocant, ab ipso protinus exordio uitæ, adscribunt, Vnum amicum qui commoda nostra procurret, alterum malum qui modis omnibus inexitium nostrũ immineat. EVA. Genij dic imaginẽ. Genios duos quilibet habet.

THEO. Numisma hac figura signatum celebris uir apud ſ detinuit Basileæ Heinricis Petri, uir cõsularis et nostro seculo typographorum optimus, uerum quippe Genij iconẽ, hoc est iunenem stantem, alatum, cum Copiæ cornu, ex patera in altare uinum effundentem, sic Allegoriam à nemine datam inuenio, saltem coniectura assequor Genium deum pro natura cultum, quæ Seneca teste, à nascendo nomẽ accepit, quòd per eam cuncta ex aureo cornu nascantur, Anthonius Ferrariensis in expositione præfationis in Plinium per anguem figuratum ait Genium, quo tamen argumento fretus non indicat. Hæc Euander de Genio, nunc ad Plutonem. Genij imagũ

Natura unde dicatur.

DE PLVTONE.

THEOPHRAST. EVAND.

THEO. Plutoni Saturni filio diuitiæ nomen dederũt, Quippe πλοῦτον græci diuitias dicũt, quapropter & à nobis Dis, hoc est diues appellatur & Dispater quasi diuitiarũ pater, Nã huic omnẽ terrenam uim atq; naturam dedicatam fuisse Cicero scribit de natura deorum secundo libro, Hinc Rufus Perinthius thesauros in quos nullo fine reponimus opes, Pluto/

nis

nis carceres dixit, hunc Vragum ab urgendo quidam
Quietalis. nominarunt & quietalem quod mors quies sis erum/
Opulent. da- narum, Plato datorem uocat opulentiæ, Et Diodorus
tor. apotheosi propterea dicatum asserit quod sepulchro/
rum, funerum, atq; honorum qui mortuis impendun/
Agelastus. tũ usum introduxerit, Multi Agelastum dixerũt quasi
à risu separatum, quod hij qui Plutonis regna uisitant
Orcus. procul sint à risu, Orcum item cui præfuerit, Ducẽ He
Dux Herebi. rebi, Vectum & Veiouem ob eandem causam. Hic au
Veiouis. tem hoc linearum ductu formatus extitit, Hominẽ pin
Plutonis. xerunt galea tectum, truculentum, terribilem, & cæ/
imago. cum, solio sedentem sulphureo, sub quo Cerberus tri/
ceps fluuios spectabat infernales, cuius sinistram spe/
ctrum obarmabat breue, dextram anima, præsenti
bus Harpijs, proserpina, furijs et Parcis, Iconem hic
habes Euander. EVAND. Currum per equos tres,
Pluto cur ga- trium rotarum trahi quidam dixerunt, sed scyrpum
leam. rogo primæ imaginis expone. THEO. Galeam Euse-
Pluto cur tru bius tertio de præparatione euangelica, occulti uerticis
culentus. symbõlum esse dicit, sed truculentum terribilisq; aspe
ctus effectum esse Plutonem, non tractabiles diuitias,
sed multũ feroces efficere homines significat, Id quod
etiam num Seneca epist. 88 his uerbis ostẽdit, Diuitiæ
animos inflant, superbiam pariunt, mentem alienant,
atque timorem inducunt subscribente satyrico

Pauca licet portes argenti uascula puri
Nocte iter ingressus gladium contumq; timebis
Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis umbra

Can-

Cantabit uacuus coram latrone uiator.

PLVTONIS IMAGO.



Causam Mapphæus recenset dicens, Pallet hoc est ti/ Pluto cur ti-
met Pluto id est aurum, quia multos habet insidiato/ midus.
res, Et claudicat quotiens ad bonos uiros gressum pa- Cur claudus
rat, Cæcutiens quasi oculis ueræ rationis captus, non & cœcus.
iudicium ferens inter bonos & malos. EVA. Reliqua Sceptrũ quid.
uero in quem finem faciunt? THE. Sceptrum breue,
inferioris regni potestatem denotat. Reliqua eiusdem
regni comitatum, maxime parcarum, furiarũq; præ/
sentia, quæ Plutonem nemini parcere declarant, sicut

id

id quoq; Flaccus ostendit secundo odarum libro

Nec pietas moram.
Rugis & instante senectæ.
Affert, indomitæq; morti.
Non si trecentis, quotquot eunt dies
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris.

Hæc de Plutone, super est ut Bacchum quoq; describamus, Si non grauatim auscultas incipiam. EVAN. Ne quaquam incipe.

DE BACCHO.

THEOPHRASTI EVAND.

Bacchus unde dictus.

THEO. Bacchum ergo à Bacchâ uocatum Eusebius testatur, Quidam ab insaniendo dictũ asserunt, quod & ipse & eius comites furere dicerentur, Alij à baculo ab eo inuẽto quo grauati uino, ne cadãt fulciũtur. Diodorus tres Bacchos fuisse scribit, Primũ Indum ex Ammone & Amalchea genitum quem barbatum, quod Indorum more barbam nutriuisset nominarũt, Et Lenæum quòd uinum ex racemis, torcularis adminiculo monstrasset, Secundum exIoue in serpentem conuerso & Proserpina natũ, quem Thaurophagum appellabant quòd dythiramborum poetis in uictoria bos daretur, dũ boues primũ aratro Iunxisset, quem cornutum pinxerunt, Tertium exIoue & Semele Cadmi filia Thebis natum, Hunc Dythirambum nominarunt quòd in Bifori antro apud Nisiam educatus esset,

Bacchi tres.

1. Barbati.

Lanæus.

Thaurophagus

Dythirambus cur Bacchus.

esset uel quod ex Semele primũ, hinc ex Iouis fœmore editus foret, Vnde Bimatrem quoque uocarunt, et Bromias à βρόμος, hoc est à sonitu quòd dum ederetur tonitru insonuisset, Siculi indifferenter quemuis Bacchum Morichum nominant quasi pollutum, Nam tempore uindemiarum faciem eius musto polluebant ac sicis, Lyeum Barbati, non solum quod membra soluat, sed quia ex intemperanti potu cooriatur discordia, solutaq; inter homines amicitiæ concentus, Item Sabazion à tripudijs quæ à furentibus celebrantur, Nam Sabazin Barbaris tripudium significat. Et Philoænũ multi dixere quasi uino largius indulgentem, ac Dionisium complures, quasi uini datorem, uel quasi omnium plantarum uirtutem uelut Eusebio placet, Liberum item patrem, non ob licentiam linguæ sicut Seneca scribit, sed quod homines à seruitio curarũ liberet, Et Eleleum ab ἐλελεῦ adhortantis aduerbio, quo præcedentes ad Orgia celebranda utebantur. Eusebius Muliebri formem appellat quia promiscua uirtus generationis plantarum sit, Diodorus Mitrophorum nominat, quod ebrij caput mitra, ne agitaretur, circumdabant & Dimytorẽ quoniam ex uno patre duo sint orti Dionisij & matribus duabus, Ac triumphatorem quòd primus omnium de Indis multis cum spolijs in patriam reuersus triumphauit, Et Bugenen uocatum constat quasi Orpheus Eubulon nominat quòd omnis qui moderate uinum bibit recte indicat & boni est con/

Bimater.

Bromius.

Marichius.

Lyeus.

Sabazion.

Sabazin.

Philoænus.

Dionysius.

Liberum.

Elileus.

Muliebriformis.

Mitrophorus

Dymitor.

Triumphator.

Bugene.

Eubulon.

cõsilij, Et Bassareum propter uestem, qua usus fertur, pliceã, Hesichius Ignigenam uocat ob uim calorificã

Ignigenã. quæ ex uino emergit. Huius dei sic figuratum fuit idolũ, ut Linx & Tygris equorũ uice currũ traherent, in quo uir sederet uentrosus, moribus malis, cornutus, tumulentus, Iuuenis sed barbatus senis instar, mitra coronatus hederacea, una manuũ ferulam tenẽs, altera cantharũ, quẽ simia sequebatur, porcus, leo, lupus, & delphin, quæ omnia nube detracta quid inuolucri in se continent. EVAND. Rogo, dic quid. THEO. Dicam

Bacchi imago.

BACCHI IMAGO.



Linx & Tygris quid.

Linx & Tygris animalia sunt diuersorum colorũ &

Probo

Probo teste uarias ebriorum mentes significant. Aut quum animal utrunq; effrenis est sententiæ, effrenem ebriorum denotat seuiciam, uel id habet quod linx & tigris. Solino autore, uuis pascuntur, quas Baccho sacra nouimus. Sed uolsos hoc est, mores fœmineos, promiscuam generandi plantando uirtutem, Eusebius interpretatur, nisi huc referamus quot ebrij muli erum instar subinde periurio peccent, quod etiamnum græcus senarius habet, sic, Inscribo uino si qua iurat fœmina, innuens irrita esse quæcunque ab ebrijs aut fœminis dicantur. Cornua Sextus Pompeius uini naturæ addicat, quot usque adeo temulentum irritat, ut uel cæcus Andabatarum ritu inermis cornupetens taurus in conflictum prosiliat, quod recte Ouidius hoc carmine docet.

Linx et tigris cur Baccho.

Bacchus cur fœmineus.

Bacchus cur cornutus.

Nox, & amor, uinumq; nihil moderabile suadent
Illa pudore uacat, Liber, amore metu.

Sed Diodorus quinto suæ historiæ libro huic numini ideirco cornua addita fatetur, quot primus omnium boues aratro iunxerit, quorum opera semina iacta in fruges creuerint. Alexander autem ab Alexandro ueteres cornibus pro poculis usos dicit, & ob hanc causſam Bacchum effictum cornutum & temulẽtum: Temulentum autem effictum Athenæus multum improbat, quum indignum arbitraretur merum fortius esse Baccho, quẽ deũ crederent. EVA. Ast iuuenẽ barbatũ senis instar fingi portentũ uidetur. THEO. Non,

Bacchus Sol. quia solem imuit, quem Bacchum crediderunt, sicut apertißime Maro docet primo Georgicorum.

Vos ô clarißima mundi
Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum
Liber & alma Ceres.

Sol quater mutatur. Solem enim quater in anno mutari nouimus. Nam ille uenis est, hyemali solstitio quum dies sunt breuißimi, Adolescẽs uernali æquinoctio, quum sunt longiores, Vir barba prolixa æstiuo solstitio, quũ sunt longißimi, ac Senex quum retrocedere ac uires amittere incipit. Hæc Macrobius. Mitra uideri coronatũ, fasciam denotat. Eusebius inquit, qua poti caput ligant ne mali ascendant uapores, & hedera uirides ebriorum animos quibus fruuntur, ferulæ rationem Diodorus his uerbis ostendit, dicens, cùm nouiter reperto uino, homines nondum hoc diluere consuessent, in amicorum epulis ac festis diebus, uinum purum ad uoluptatem potantes, ebrij reddebantur, qua ex re ligneis baculis quos gestabant, sese mutuo percutientes, plurimos uulnerabant. Vbi Dionysius ut pro fustibus seu baculis, ferulis uterentur edixit, quinto historiarum. Alij sacrarunt, ut ostenderent, earum nullam esse memoriam, quæ inter ebrios in conuiuijs dicerentur, aut si in hoc peccatum esset, in mulctam, leuem sufficere reprehensionem, quæ per ferulã qua pueros cedi compertum est, fieri posset. Cantharus autem, Plinio teste,

Mitra quid.

Ferulæ ratio.

Fepula cur Baccho.

Cantarus Bacchoadscrib.

Libero patri attribuebatur uelut sciphus Herculi, Iouis Carthesium, amphora Nestori, quod hisce uasculis usi essent nauti sacrificijs, aut in conuiuijs. Et satellicium, Simia, porcus, Leo, ac Lapus, ebriorum mores respicit, dum quidam simias referunt quæuis imitando, aliqui porcos ter comesta, quater comedentes, Nonnulli leones ad uindictam etiam inermes paratos, multi lupos uoraces & ululando stentora uincentes. Sed Delphin animal marinum, Dionysium in mare demergendum ostendit, hoc est, uino marinam aquam affundi oportere, ut uinum reddatur aut defecatius aut dilutius, quo minus in furorem concitet ebrios ut, ferula cedant, sic Eusebius. Et sic Euander de Baccho pensum quoq; absolutum habes.

Simia, porcus, leo, cur cum Baccho.

Delphin quia cum Baccho.

DE TELLVRE VEL BONA DEA.

THEOPHRASTVS. EVANDER.

THEO. Bona dea, cum singulari forma, prudentiaq; præstaret & ab Apolline esset dilecta, oraculi iussu à Phrygibus in deorũ selectorũ numerũ est recepta, ac pro dea culta. Cui ferias agebãt Romani calẽd. Maij. Vnde Maiã seu Maiestatẽ nominarũt. Bonã quidã dixerunt, q. hanc terrã crederẽt quæ omniũ bonorũ causa est prima, unde & opem uocatam facile duxerim, quod ipsius ope atq; auxilio uita cõstet, et fatuam quod infantes partu editi, nõ prius uocẽ edunt quàm terrã attigerint, uel quod mulieribus fata canere

Bona dea cur dijs adscripta.

Maia.

Ops.

Fatua.

consueuerit ut Faunus uiris, Item Faunam quod omni
Nerthus. usui animantiũ faueret, Tacitus in Germania sua Nerthũ dixit, ubi Rheanus Hertam scribendum monet,
quum terram Herden uulgo dicamus, ad quæ Plato in
Timeo alluisisse uidetur quando terrã altricẽ nostram
Medæa. deorũ antiquissimam tradit. Quidam Medæã quot in
eius æde omne genus herbarum esset, ex quibus anti-
stites dabant plerunq; medicinas. Alij bonam deam
Floram esse arbitrati sunt, multi Semelen aut Proser-
pinam, Cererem item aut Iunonem, Plutarchus Gyne-
tram nominat, Phryges Cybelem à monte ubi præci-
Deorum mater. pue colebatur. Sunt qui deorum matrem appellitant,
quot cuncta ceu mater, tellus foueat, unde & almam
Berecynthia. uocitant ab alendo, Berecinthiam Strabo nominat, à
Bonæ deçsimago. Berecintho, & Cyndimenem à Cyndimis. Huius si-
mulachrum à Gallis in curru ferebatur, quem leones
trahebant, eratq; que sedentis mulieris effigies, in manu
clauem habens, gemmis & omnigenis metallis, cir-
cundata, coronam portans undiq; turritã sic. EVAN.
Galli cur ad stent. Cur Gallos aurigas habet Berecinthia seu bona dea
Theophraste? THEOPHRAST. Denotandum eos
qui semine indigent, terram sequi oportere, in qua om
nia continentur: Nam huius deæ sacerdotes castrati
fuerunt, seminis impotentes, à Gallo dicti, huius sortis
Phrygiæ fluuio, ut qui ex eo poti, furore caperentur,
Leones cur trahant currũ. ut testibus sese priuarent. Leones curru sedentem tra-
hunt deam, ut nihil tam ferum esse intelligamus quod
mater

materna affectione nõ cicurari queat: Currus mundũ
significat, qui rotatur subinde & perpetuo uoluitur,
Quod dea sedet, terrã elementũ respicit, quod depres-
sum est ad infima. Clauis terrã uerno tempore aperiri

Currus quid & clauis.

TELLVRIS EFFIGIES.



figurat, ac hyemali occludi: Habitus gemmatus the-
aurum ostendit, quem terra in se continet. Et corona
turrita, terræ inæqualitatem, dum turres & montes
sustinet. Quidam ad inuentum referunt. Nam bo-
nam deam turrium inuentricem narrant. Sed gladijs
propc currum armati, cuiuis forti pro patria deno-

Corona turrita quid.

tant pugnandum. Sic igitur Euander selectos quoq; deos pro posse descriptos habes, superest aliquid quod amplius uelis? EVAN. Solis nullam fecisti mẽtionem, & Lunæ, quorum imagines item adponi, non absurdum uideretur. THEOD. Ea in memoriam reuoca, quæ de Apolline & Diana sunt dicta: Nam citra dubium satis tibi facient. EVAN. Recte Theophraste.

DE HERCVLE.

THEOPHRASTVS. EVANDER.

THE. Duos iam libros ad umbilicum perduximus Euander, unũ de magnis dijs, alterum de selectis, Si uis & tertium addemus, qui indigetes pandat uel Heroes, quos præfatis uelut adscripticios, propterea iunxerunt, quod ciuibus patriæq;, quum serio res ageretur, profuissent, aut quod rempub. ob singulare aliquod inuentũ propensius auxissent. EVAN. Volo mi Theophraste, perge, nam audiendi nulla in me est sacietas. THE. Hercules igitur tertio huic uolumini dabit initiũ, quem Iupiter magnorũ deorũ collegio propter multa quæ cum omnium laude fecerat adscribendum cẽsuit. In Oeta ergo crematus Hercules primum apotheosi sacrari meruit, quum enim post incinerationem Iolaus quesitorum oßium nihil inuenisset, hunc pro Iouis oraculo ad deos translatum dixit, atque dei instar à Menetio triplici ueneratus est hostia, quem Atheniẽses græcorũ primi, ut pietatis suæ exemplum præberent imolando sequuti sunt, annuatim hoc fieri iubentes

Cur dij facti adscripticij.

Hercules dijs magnis adscriptus.

iubentes, & Heraclium ob gloriam nominantes, qui prius Hercules quasi ἡρασκλεος, hoc est Iunõis laus propterea dicebatur, quod Herculem solem esse crederẽt, qui uerè heras, hoc est aëris gloria habendus, dum aërem suis radijs illuminat, sic Macrobius. Varro quadraginta tres Hercules fuisse testatur, sed omnes qui robore & fortitudine præstiterũt hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat, omnesque uel inde Polyphagos, hoc est multa deuorantes et multibibos seu bibulos, quasi multum potantes dictos, Almanicus item historiæ nominatum referunt. Et Almans Vuiler monasterio à se nomẽ dedisse perhibent, & uico quoq; Almãshofen, quum in his partibus singulariter coleretur, sicut etiamnum inde colligitur, quod eius Idolũ in Augia maiori, (in der reichenauu) quæ insula Rhenana est, prope Cõstantiam, seruatum fuerit, quod superioribus annis Maximiliani imperatoris precibus ad Aenipontem delatum est: quòd item Columbarum Alsatiæ urbem, quam Argentuariam Ptolomeus secundo libro, tertio capite, ab eiusdem Idoli claua, quam temulentus ibi dimiserit & ciues pro insignijs habent, nomen sumpsisse scribit: Tam etsi à Columbarum auspicio multi nominatum narrant, Oetræi κορνωπίονα, uocarunt Herculem, quoniam Comopas, hoc est locustas fugarit, & Erythræi Ipoctonon quòd Ipas ἀμπελοφάγους,

Hercules sol. Hercules quadrag.

Hercules Polyphagus.

Almans Vuiler unde nomen.

Almanshofen

Columbaria cur clauã habent.

Hercules Carnopion.

Hercules ipoctonos.

quod est uites corrodentes arte quadam in alias regiones propulerit. EVAN. Eius simulachrum tetricum retulit uirum Leonis exuuio tectum, calloſis manibus, tria mala portãtem, & clauam ſic. THE. Popularis

HERCVLIS IMAGO.



Herculis imago Celuca.

hæc fuit imago, ſed Celtæ ab hac aliam habuerunt. EVAN. Quam? THEO. Senem capite prorſum incompto, pilis quotquot habuit canicie albicantibus, rugoſa pelle, quem Charontem diceres aut Iapetum quendam ex tartaro, & nulli non ſimilem, quàm Herculi, leonis circumtectum exuuio, dextra clauam habentem,

bentem, & ex humeris Corytum, atq; ſiniſtra arcum minitantem, numeroſam multitudinem, auribus & linguæ alligatam, trahentem, quæ nullo remiſu inſequeretur, nec de fugæ præſidio prorſum meditaretur. EVAN. Aſt quomodo hanc interpretaris? THE. Minime interpretabor, ut lectoris ingenio etiam aliquid diſcutiendum relinquam. In hoc ſaltem ero, qui primam interpreter imaginem. EVAND. Recte quidem: Leonis quid exuuium uelit oſtende. THEO. Cœlius lectionum antiquarum tertio libro exuuium generoſam Herculis prudentiam, qua ueſtitus, omnes affectiones animi præraabidas domuerit, ſignificare ait, aut claua potius funditus contuderit, quam Apuleius in floridis clauam philoſophicã nominat, Euſebius exuuium & clauam, ſolis, quem Herculem crediderunt, potentiæ attribuit: Nam clauam inæquabilitatis ſymbolum prædicat, qua ſol utitur, dum per duodecim ſigna circuli animalis, quæ Herculis duodecim portẽta denotant, pertranſit, & pellis, quod in leone maxime ſuas uires exerceat. Tria mala calloſis manibus retenta, tres Erynnes, Iram quippe habendi cupiditatem, & uoluptatum titillationes, per calles hoc eſt laboris uehementiam, ſuperaſſe Herculem, Græci interpretantur, dracone, qui mala in Heſperidum horto cuſtodiret interempto, quod eſt concupiſcentia mala ſubacta. Herculis facta propter quæ dijs adſcriptus habetur, pulchre Maro deſcribit, & carmine undecimo,

Leonis exuuium cur Herculi.

Claua cur Herculi.

Tria mala quid.

Draco quid.

horum pomorum quoq; mentionem facit.

Maro sic habet.

Prima Cleonci tolerata erumna leonis,
Proxima Lernæam ferro & face cõtudit Hydram,
Mox Erymanthæum uis tertia protulit aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliauit Amazona Baltheo.
Septima in Augeis stabulis impensa laboris.
Octauo expulso numeratur Adoria tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Gerione extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimam mala Hesperidum distracta triumpho.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

Luscinius hæc de Hercule.

Hæc Othmarus Luscinius uir memoria dignus aliter protulit.

Perdomui Nemees monstrum, mala bestia Lernæ.
Concidit & taurus, deinde necatus aper.
Threiciæ zonam rapui, Diomedis equos, hinc.
Gerionemq; præmens, aurea mala tuli.
Augiam noui, cecidit cerua, atq; uolucres.
Cerberus abductus, lætus in astra feror.

Hæc omnia, & alia multa lectionis auidus Euander, Apud Diodorum pleno cornu descripta inueniet, Item apud Ouidium nono transfor. & Plautum in Persa, Tu, si uis, ibidem cuncta legito. hæc de Hercule satis mihi uidentur.

DE

DE AESCVLAPIO.

THE. Aesculapius Apollinis ex Coronide filius ingenio præclarus, adeo multa hominis ualetudini adinuenit, ut quamplurimos desperantes sanitatem, morbo liberaret, etiam defunctis aliquibus uitam restitueret: propter quod Archiatrum, quod est summum medicum nominarunt, atq; deorum numero ascripserũt, sub hac figura ipsum certis diebus, certoq; ritu uenerãtes. Stabat uir coronatus lauro, barba in pectus uergente, & longo trabeatus amictu, una manuum baculum habens nodosum, altera gallum tenẽs, & uasa unguentaria, pro assecla mulieris habens statuam, cuius brachio uigilans serpens inflexus erat hoc modo.

Æsculapius medicus.

Æsculapius archiater.

Æsculapij imago.

EVAN. Quid medicus in laurea corona? THE. ut laurũ, Plin. teste uigesimo primo libro, plurimorũ remediorum arborem ostenderet. EVAN. sed barba quid uult prolixa? THE. ut radiorum Solis, quem Aesculapium dixerunt, symbolum sit, unde demissa tunica finxerunt trabeatum, innuendum solis uirtutem demissam adeo, ut terram omnẽ integat, roboret, cuncta maturet, & uiuificet, attribuentes illi nodosum baculum, quo medicæ artis difficultatẽ ostenderent, Sexto Pompeio asserente: & Gallum diei solisq; nunciũ, hoc est diuinæ beneficentiæ omnium morborũ curatricis medium. De hac re pulchra scribit Ludouicus Cœlius libro nono. cap duodecimo. EVA. sed cuius mulieris statua

Laurus cur Æsculapio.

Barba cur prolixa.

Demissa tunica quid.

Nodosus baculus quid.

præsto

AESCVLAPII IMAGO.



præsto est? TH. Salutis, cui naturæ lunaris effectum attribuunt, ut cum Solis salutifero cuncta moderetur

Serpens quid. temperamento inquit Macrobius. Serpẽtem corporis salutare signum interpretatur Eusebius, & spiritalisi tem exuat, & medicæ operationi sit multum habile, succinente Plinio, qui eandem recinit cantilenam, Pro

Ophiuchus Aesculapius. pter serpentem Ophiuchum, hoc est serpentarium Aesculapium nominant astrologi, qui morbos abigendo quos

quos Plinius senectutem & senectam appellitat iuuentutis uigorem inducat.

DE FLORA.

THEOPHRAST. EVAND.

THEO. Et Floram, quæ nobile scortum fuit propterea dijs ascriptam nouimus, quòd, cum præpotẽs esset, & diuicijs afflueret, populum Romanum morte obita, hæredem fecit, pecuniamq; annuam ludis exhibẽri uoluit, Cui sacra fiebant floralia dicta 4 calend Maij, quo tempore frugibus maxime est metuendum, Quæ sic celebrabantur ut mulieres uulgato corpore quæstum facerent denudatæ, Impudicosq; iocos agerent obscœnis, pudendisq; inuelatis, sed noctu facibus accensis. EVAN. Alijs dijs omnibus neglectis, in hac una flora, maxima Romanorum uenit notanda cæca & cunctis explodenda uanitas, qui pro dea tam fœdam coluerunt chymeram, quæ meretricio quæstu diuinitatis nomẽ sortita. THE. Recte dicis, sed ita tũc temporis ætas tulit, Plutarchus in Castoris & Pollucis templo, hanc simulachrum à Praxatile summa cũ industria sculptum habuisse scribit, multis coloribus tunica indutum, in cuius dextra flores comparuerunt fabarum & ciceris, sic huius imaginis interpretatio sic habet, quemadmodum in Cerealibus albo utebantur uestitu, quod unus esset maturæ segeti color, ita in Floralibus uersicolore, quod nullus color esset qui non inueniretur in floribus, sed fabæ ciceris q; florem

Flora quæ.

Floralia.

Floræ simulachrum.

Cerealia albis habebant uestit.

FLORAE IMAGO.



rem propterea tulit inquit Alexand, ab Alex. quia annuatim Aediles populo fabas et cicer spargere assueuerant, ut Floram leguminum florumq; agnoscerent productricem & deam, Hæc de flora, nunc de Aeolo.

DE AEOLO.

THEOPHRAST. EVAND.

Aeolus coelous fabius.

THEO. Quod Aeolus Iouis ex Aesta filius uelis uti nautas docuerat, ignisq; obseruatione qui uenti essent futuri prædixerat uentorũ potẽtem rati sunt ueteres, & pro deo uelut ex merito sunt ueneratẽ, Aeolum

Aeolum uel ideo nominantes, hoc est dolosum, quia uentorum flammina uario meatu feruntur & dolose nauigantium spes decipiunt, Naso Hippodatem nominauit, à matre Aesta, quæ Hippote Troiani filia fuit.

EVA. Aeoli dic imaginem Theophraste. TH. Virtit antri uestibulo, coronatus, linea ueste præcinctus, & utraq; manu pro tuba concham tenens, pedibusque fölles calcans Iunone ipsum comitante, Iconem hic habes.

AEOLI IMACO.



EVAN. Sub antro stantem non citra rationem

Aeolus est sub antro

for/

fortassis effinxerunt fabulose. THE. Non, uentorum enim, quibus præfuit, originem denotat, Nam Alberto teste, uēti ex intimis terræ antris seu cauernulis, dū uapores sunt, exeunt & in superiora aëris trāscendūt,

Concha cum Aeolo. Concha maris symbolum est, quod uentis imperitādo, rexit, sed fōllium expositio nemini non patet, unde data opera Priapum declarando attentabimus.

DE PRIAPO.

THEOPHRAST. EVAND.

THEO. Priapum Dionysij & Veneris filiū, propterea Lampsaceni deorum maximum habuerunt, quòd ea corporis parte, qua omnium sit ortus, alios omnes uiros excelluerit, eoq; loci cum ludo et risu sacra huic fecerunt, ubi caprarum, ouiumq; pascua fuerant, & apum examina. EVAN. Baccho & Veneri nimirum ideo progenitum fabulati sunt, quod ebrijs in libidinem iter pateat multū procliue? THE. Sine dubio, Id quoq; Valerius innuisse facile crediderim quando à Baccho ad inconcessam libidinem proximum gradum esse testatur. Sed ad rem Euāder. Hic denuo per omnem Lampsaci partem, uinearum hortorumq; custos habitus est qui sui membri horrenda magnitudine fures, aues, et uitonissas abigeret Flaccote ste, Horum nominantes uel Ithyphallum, aut Thyphonem, qui humana figura staret nudus, dextra manu sceptrum tenens, Sinistra mentulam erectam, pedibus allatis cum disco, astante asino, uelut hic comparet,

Priapi sacra quomodo.

Horus. Ithyphallus. Typhon.

PRIA-

EVAN. Ob membri uirilis enormem potentiam, priapum dijs adscriptū, quid aliud esse dixerim, quàm nullo porco expiandā Gentilium uesaniā? aut tribus Anticyris indigentē, eorundē furorē? Esto tamē, dic Theophraste quod sceptri dextræ manus inuolucrū sit, et

Priapus cum dijs adscriptus.

FIGVRA PRIAPI.



sinistræ mētula erecta. THE. Vt sceptrū argumēto sit Priapū, quē Suidas solis uoce cultū docet, regio more, terram marecq; illustrasse, et mētula erecta, semina humo tecta, priapi adminiculo in apertū emitti, sed pedū alæ, motus celeritatem quem sol per terræ ambitū, ut

Priapus cum mentulatus.

 discus est,

discus est, circulariter cõtinuat. Aliquibus placet mentulam fœcunditatem interpretari, cui præfuisse maximeque priapum constat, & hortis, qui rarissime sine fructu cernuntur, ex qua etiam re, priapum mulieres stériles certo tempore anni coluerunt, asinum immolantes, sicut Naso his carminibus eleganter ostendit.

Priapus hortis præfuit.

Ceditur & rigido custodi ruris asello.
Causa pudenda quidem est, sed tamen apta deo.

EVAN. Cur pudenda? THE. Fabulam tetigerit poëta qua priapum turpiter Vestam aliquando dormientem inire uoluisse narratur, quæ Asini, quo Silenus uehebatur, intempestiuo clamore expergefacta, uirgo permanserit, & per Lampsacum lege cautum fuerit, ut priapo semper in sacris asinus immolaretur, id primo Fastorum Ouidius habet, Cur nuda manibus uerenda tetigerit, sic Maro breuiter declaralat in Priapeis:

Priapus Vestã tentauit.

Cur obscœna minus pars sit sine ueste requiris
Quæro tegat nullus cur sua signa deus?
Fulmẽ habet mundi dominus, tenet illud aperte
Non datur æquoreo fuscina tecta deo.
Nec Mauors illum, per quem ualet, occulit ensem,
Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phœbum portare sagittas?
Clam, ne solet pharetram ferre Diana suam?
Num tegit Alcides nodosa robora clauæ?
Sub tunica uirgam uim deus ales habet?

Cur Priapus obscœna non celauerit.

Quis

Quis Bacchum gracili uestem prætendere thyrso?
Quis te celata cum face uidit Amor?
Nec minus sit crimen quod mẽtula semper aperta est
Hoc minus si telum desit, inermis ero.

Et sic item Priapum Euander lubens prætereo, ne nimium fando Cupidinem negligã, qui dum popularis habebatur deus, non surda aure prætereundus quoq; uidetur. EVAN. Recte sentis Theophraste, nam uix deorum quisquam est, qui ditioris sit regni Cupidine, perge igitur.

DE CVPIDINE.

THEOPHRASTVS EVANDER.

THEO. Tres Euander Cupidines fuisse Cicero in libro de natura deorum scribit, sed hunc, cuius imaginem hic uentillandam suscepimus, Martis ex Venere prolem facile ex poëtarum scriptis nouimus, loci fratrem, & Latinis amorẽ dictum, quod uoluptatem & amorem faciat. Diogenes hunc non amorem, sed uacantium occupationem uocauit, & Maro insanum,

Amor.

Vacantium occupatio.

Nunc insanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media atq; aduersos detinet hostes.

Multi desiderium quod amantes frui concupiscãt quæ pulchra uenustaq; uidentur, Phurnutus Stephano autore, puerum effinxit Cupidinem, alatum, sagittarium & faces gestantem hoc modo. EVANDER, Cur puerum? THEOPHRAST. Quod amantes mentes non sint integra, facileq; sicut pueri decipiuntur.

Desiderium.

Cupidinis imago.

Cur alatus Cur sagitta-rius.

EVAN. Cur alatum? THEO. Quod hominum cogitationibus tanquam auis aduolet. EVA. Sed quomodo sagittarius puer? THEO. Vt amore captos ceu uulneratos iudicet, atq; face, uelut ardentissima, accensos,

CVPIDINIS IMAGO.



Seruij de Cupidine opinio.

unde facem quoq; baiulat. Seruius tamen ideo puerum asserit, quod turpitudinis stulta & puerilis est cupiditas, aut quia in amantibus imperfectus est sermo: Ala tũ quod nihil amantibus sit inconstantius seu mutabilius: Sagittariũ it ẽ quasi sagittis incerta iaculatẽ: Orpheus

Cur cæcus.

et cæcũ dixit, quod amor omnẽ intellectũ excedat. Et

uetustiores philosophi Cupidinem Castum amorem arbitrati sunt, qui ab omni turpitudine sequestratus esset, propter quod in gymnasijs inter Mercurium & Herculem stabat medius, hoc est, inter rationis & roboris deos. Nudum Aphrodisæus dixit, quia absq; medio desideriũ in manifesto eueniat, neq; quisquam id quod amat, clam & tectum amet. Plato Cupidinem multorum capitum beluam effinxit, quod cupiditas multis modis homines inesset. Marullus carmine satis eleganti totum hoc describit. Carmen sic habet, si uis recensebo. EVAN. Volo maxime. THEO.

Mercurius & Hercules ratio. et roboris dij

Cupido belua

Quis puer hic? Veneris, plenæ quæ causa pharetræ,
Non bene prouisus certa quod arma mouet.
Cur sine ueste deus? simplex puer odit opertum.
Vnde puer? pueros quod facit ipse senes.
Quis pennas humeris dedit? inconstantia: quare
Nulla deo frons? signa inimica fugit.
Quæ sors eripuit lucem? moderata libido.
Cur macies? uigilis cura, dolorq; facit.
Quis cæcum præit? ebrietas, sopor, otia, luxus.
Qui comites? rixæ, bella, odia, obprobrium.
Qui cœlo dignati? homines quæ causa coẽgit?
Mitior autore est, credita culpa deo.
Heu curuum genus, & ueri corda insscia, quo ius?
Fasq; sceleris miseri si scelere abluimus.

Quis Cupidini pennas. Quis usum eripuerit.

Præambulo quis.

Aliter Aeneas Siluius ad Carolum.

Cupidinis ima go.

Vidimus effigiem lasciui nuper amoris,
Quæ nimium mentem mouit imago meam.
Nec barbam malis, nec corpore tegmen habebat,
Nudus terga, manus, pectora, crura, pedes.
At humeris alæ suberant, & flexilis arcus
Lumina sub tenero cæca supercilio.
Cur puer imberbis nulla lanugine malas,
Cur melius nulla corpore ueste tegat?
Lumine cur careat, pharetram cur gestet & arcum,
Cur habeat pennas Calliopea refer.
Sic ego, sic retulit quæsitas illico causas,
Maxima Pegasei Calliopea chori.
Qui sapit enitat malesana Cupidinis arma.
Et tantum pueros intrat ineptus amor.

Cupido cur puer.

Sine quod est puero similis qui cupit amare,
Et perit mente, pingitur inde puer.

Cur nudus.

Pingitur & nudus, nullum seruare pudorem,
Et meminit simplex & manifestus amans.

Cur cæcus.

Pingitur, & cæcus, quia non bene cernit honestum
Nec scit quo uirtus, quo furat error amans,
Vel quia quæ pecce credat secreta latere
Cuncta nec in sese lumina uersa uidet.
Sic est omnis amans, sic se sic omnia nescit
Consilium, famam, fœdera, iura, deos
Aurea quod curuo torquebat spicula cornu

Pungere

Pungere corda ferus significatur amor,

Cur arcu Cupido.

Quod lenibus uolucres humeris suspendeat alas
Causa est huc, illuc quod lenis errat amans,

Cur alatus.

Vel quod amor cursum non semper seruat eundem,
Nunc abit & paruas post redit inde moras
Dixerat, & pressis commutuit orsa labellis
Effudi tales protinus ore sonos
Quam uidi effigiem pharetram gestabat & arcu,
Fax etiam in dextra uel fuit ipsa sua,
Sed quoniam ueterum finxere poemata uatum,
Quos ego quid temere commemorasse putem?
Dic quare nam tedas fertur gestasse Cupido?

Cur tedas.

Dic precor armatas cur habet igne manus?
Quæsitam uerbis respondens musa duobus,
Sic leuiter causam reddidit, urit amor,
Accipe lasciui quæ nam sit amoris imago
Carole Cypriaci gloria magna soli,
Vt melius miserum caueas, dum noris, amorem,
Et redeas ad te dum mea uerba legas.

DE VOLVPIA.

THEOPHRASTVS. EVANDER.

THEO. Et Volupiam describere uisum est Euander, quæ ordine seruato Priapum Cupidinemq; meritò sequitur. Audi igitur, Quia agminatim tam imi subsellij homines, quàm etiam supremi, sic uoluptati sese dederunt mancipatos, sic in eius imperiosa iurant uerba, atq; ore frenum uenenoso melle illitum passim

inclusérunt. Factum est ut voluptatem cõplures summum bonum, summamq; deam sub Volupiæ coluerint nomine, cui proprium erexerunt Romani ante portam Romanulam templum, hanc mulierem fingentes sceptro, pallidam, in regali solio sedentem, & pedibus uirtutes calcantem, Iconem hic uides Euander.

Volupia Romæ templum habuit.

Volupiæ imago.

VOLVPIAE IMAGO.

EVAN. Oedipus es Theophraste, solue scyrpum. THEO. Nulla solutioue opus uidetur. Nemo etenim est qui nesciat uoluptatem cunctis reginam haberi, & sceptro dirigere quarumuis dignitatum homines, Aristippum Cyrenaicæ sectæ inuentorem, Endoxum item philosophum astrorum non nescium, Philoxenum, Sardinapaulum, Xerxem Persicum, C. Tiberiũ Neronẽ tertiũ Cæsarẽ, A Vitelliũ, & alios in hoc fuisse totos liquido patet, ut Volupiam religiose colerent. Nunc autem quos non uideas, qui summo relicto bono uirtutibus inimum suppressis non Genio & Volupiæ indulgeant ut uoluptuentur, helluantur & ingluiose uapporum instar uiuant, in huius deæ templo uitijs, ceu turgidulo fermento sese illinãt, & turpiter cõma culent,

Voluptas regina.

Voluptuarij pallidi.

culent, pallidi nimirum dum subinde timent ne uela se uertant, & uoluptatem cruciatus sequatur, pro hac Plauti sententia. Ita dijs placitum est ut uoluptati mœror comes sequatur, Plato ad Dionysium hunc pallorem sic interpretatur: uoluptas inquit inquietudinem, quæ est mater palloris, & macilentiæ, insciciam & stultitiam parit. Hæc de Volupia, nunc de Harpocrate.

Voluptas inscitiam parit.

DE HARPOCRATE.

THEOPHRAST. EVAND.

Harpocrates Isidis filius.

THEO. Quàm prudenter Simonides se locutum penituisse dixerit, tacuisse nunquam uel illud argumento est, quod prisci seculi homines deũ sibi fecerãt Harpocratẽ ex Iside, ut quidã scribunt, & Osiride natum, Aegyptiaca lingua Icheonem dictum qui silentio præesset, aut ijs qui pro tẽpore, uel oportune siluissent præsul fŏret. Augustinus de ciuitate dei libro undecimo hominib. silentiũ tanquã rem optimã incul casse docet Harpocratem, & ideo quidam apotheosi connumeratum narrant. Politianus Aegyptiorum sacris hunc frequẽter interfuisse testatur, ut significaret summum deum silentio colendum, quod prophetam quoq; Dauid in Psalmo uoluisse monet hoc uersiculo לה דומיה תהלה אלהים בציון quẽ septuaginta interpretes sic uerterunt: Te decet hymnus in Sion. sed præstantius autor sic transtulit, Tibi silen-

Ithon

Deus silentio colitur.

Os quid denoteti.

tiũ, laus, deus in Sion. Hic digito obsignãte ora, effingebatur hoc modo.

EVAN. In quem finem? THEOP. ut os, quamuis membrũ satis pusillum, magis tamen quàm alia com-

HARPOCRATIS IMAGO.

Anacharsidis factum.

pescendum indicaret, id quod etiammum Anacharsidem uoluisse comparet, qui dum apud Solonem post conuiuium sopitus, sic decubuerat, ut sinistra pudenda comprimeret, & dextra os. Significandum citra dubium freno indigere linguam ualentiore, quàm Veneris calamitosam intemperantiam. Nunc de Angeronia dea.

DE ANGERONIA.

THEOPHRAST. EVANDER.

THEOP. Contigit quandoq; ut tota urbs Angina miserè cruciaretur, ubi noto præmisso, Angeroniæ

Angerõia cur dea effecta.

suppetijs liberatam Romani crediderunt. Vnde Angeronalia festa annuatim celebranda edicto statuerunt.

Angeronia silentij præsul.

Angeroniamq; proprio sacello deificarunt, silentij præsulem, inter Romanorum sacra hanc colentes, sic ut digito

ut digito quem salutarem uocant, os obsignaret. Iconem hic uides Euander.

ANGERONIAE FIGVRA.

EVAND. Ast hic digitus forte emphasim habet, & plus in recessu significat, quàm fronte ostendat? THE. habet, ori siquidem admotus silentij est symbolum, quo nihil sanctius ad salutem fieri posse credidérunt, nihilq; minus sanctum, quàm linguæ intemperatam acutiem, sicut ex Græcorum id prouerbio quoq; colligimus. Oris effreni, postremum occupat infœlicitas. Quidam non proprio sacello Angeroniam honestatam, sed frequẽter hanc in ara Volupiæ stetisse scribunt, significantes omnes qui animi dolores & anxietates silentio dißimulant, patientiáq; uincunt, denuo ad Volupiæ aram deduci, hoc est, ut uoluptate postremo fruantur dignari. Hæc de Angeronia.

Digitus quid.

Linguæ intemperatæ cauteles.

Angeronia cur in ara Volupiæ.

DE OSIRI.

THEOPH. EVANDER.

THEOPHRAST. Quis casus Osirim Argiuorum regem deum fecerit ascriptitium, incertum habetur. Nam

Osirim Argiuorum rex.

Nam inter autores parum conuenit. Siquidem Diodorus, qui primo historiarum lib. Dionysiũ hunc appellat & Plutonem, per Isim suam uxorem, Hori filij sui adminiculo, deum factum testatur. Hanc enim Aegypti sacerdotibus præcepisse docet, ut sub tauri forma deus coleretur, quem Apim nominarent. EVA. Cur Apim & non Osirim? THE, Quòd mortuis cõsecratis nomina immutare consueuerint. EVA. In quem finem? TH. Ne quis, dum uixerant, homines fuisse crederet, sic enim Ino postquam seſe præcipitauerat Leucothea & Matuta dicta est, & Læda Nemesis, Circe item Marica, Melicertus quoq; Palemõ & Portunus, sed Parergon facimus, audi Euander deificationis Osiridis aliam causam, Dicunt enim Isidem maritũ furtim occisum, anxie cum Aegypti sacerdotibus in insula quæsiuisse Abato, ibidemq; bouẽ reperisse elegantem, quem Memphim duxerint sacrificuli, Osirim esse prædicãtes, præcipientesq; ut sacra huius populus faceret, & deum haberent, Philelphus Apino regẽ Aegyptiæ fuisse perhibet, propter suum inuentum magna admiratione, summoq; honore dignum, Medicinæ enim principia, quæ hominibus commodo sint, inuenisse fertur, unde, (nam deitatem pro benefactorum renumeratione elargitam facile constat) deum effectum asserit, Osirim dictum, quod inultioculi reddit significationem, Os enim ægiptiaca lingua, multum significat, Iris autem oculus. Perinde ac uir oculatissimus

Osiris sub tauri forma.

Consecratis nomina mutata.

Apis Aegyptiæ rex.

Apis medicinæ inuentor.

Os Aegyptiaca lingua quid.

Iris quid.

fuerit, hunc multi Apollinem rati sunt, Macrobius solem, quem per literas Hierogliphicas sceptro significabãt, in quo oculus humanus sculptus erat, Communior tamen eiusdem dei figura hominis fuit in capite portantis calathum, cum serpente tribus capitibus leonis, canis & lupi per gyrum propriam caudã deuorante, modo ut sequitur.

Osiridis figura.

OSIRIDIS IMAGO.

Imaginis expositio.

Lupus præteritum tempus signat, canis futurum.

Vbi sceptrum solis potestatem significare Macrobius ait, qui cuncta primus uideat & recte solis dicatur oculus, quod est hominis in uertice id est sublimita te calathum portantis, quem magnam & immensam capacitatem significare aiunt, dum sol omnẽ in se terram irradiando capiat, leonis capite accedente, quod tempus præsens cæteris temporibus ualidius ferueti usquẽ repræsentat, & Lupi, præteriti, dum rerum præteritarum memoria facile hinc rapitur, & canis futuri, quod spes blanditur incertas, cauda per gyrum in se reflexa, dum semper in se redeunt tempora. EVAN. De Isside præfati dei uxore item paucula in medium deprome

deprome, quam Germaniæ idolum fuisse historiæ narrant. THEOPHRASTVS, Attende præsto est quod petis.

DE ISIDE.

THEOPHRAST. EVAND.

Isidem quidã proserpinam.

THEO. Isidem, quam Proserpinam quidam dicũt, ut Stephanus scribit, Iouis Aegyptij filiam fuisse, & Osiridis coniugem atq; sororem maxime ex autorum monumentis comparet. Comparet item deorum

Cur Isis dea effecta.

consecutam honores, uel inde, quòd triticum prima et

Isis legifera.

hordeum seuerit, fructus hominibus incognitos prius, & leges statuerit ut à Græcis legifera, diceretur, hanc

Isis ibi sepulta.

denuo quoque mortuam perductam Memphim, ac in Vulcani templo sepultam. EVAND. Sepulta? tamen deos immortales dicimus. THEOP. Quomodo hanc

Isis frugum inuentrix.

immortalẽ dixeris quæ incestuosa meretrix Osiridem fratrem pro marito amplexata est? Si propterea effecta est ascriptitia quòd frugum prima dederit usum, in

Lucullus cerasa inuenit.

iuria facta est Lucullo quòd non Ioui ceu primus assidet, quando cerasa è Ponto, prius non uisa, Italiæ intulit. Sin autem quia legifera fuit, cur Solon latet & Ly-

Solon & Lycurgus leges dederunt.

curgus? qui in hac re præcipui fuerunt, sed ad rem Euander, audi Isidis lineamenta. Continuatis uberibus

Isidis imago.

stetit mulier, linea, sed cærulea ueste, cornuta, dextra sistrum tenens ac sinistra nauiculam quemadmodum hic comparet.

Simul/

Simulachri nodus sic habet, quia Isim terræ potẽtem uoluerunt, sicut uocabuli ethimon docet. Nam terram Aegyptiorum phrasi sonat Isis, continuata ubera illi, ut fertilitatem significarent addixerunt, & lineam uestem ac cæruleam, dum hanc Lunam complures crederent, quæ candida est et cærula hoc est humida, maximeq; primis diebus cornuta Sistrum æneum fuit crepitaculum quo liniger, Id est, Isidis sacerdotes in sacris utebantur, & etiam Liburna, hoc est nauicula ab antiquo Italorum nimirum id sumẽtes ritu, qui semper ferè in sacrificijs nauiculam ob eam causam habebãt, quòd Euander rex Arcadiæ per maria in Italiam uectus, nouos sacrificandi modos edocuerit, Id Cornelius Tacitus in sua Germania quoque tangit, quando

Isis terræ dea.

Isis cur linea uestem.

Sistrum quid?

Liburna quid.

ISIDIS IMAGO.

Sueuos Isidem liburna, hoc est nauicula pictã coluisse scribit, sicut & illi Seruius succinit Isidem Germaniæ numen appellitans quòd uerũ esse uel illud argumento est, quod in Alsatiæ antiquissima arce, quæ oppido Rubiaco contigua est, hodie corrupto nomine

Sueui Isidem colucrunt.

Isen/

Iserburg. Isfisburg. Isenburg, quum Isisburg uocari deberet, sedem habuit, & in Thuringiæ partibus oppidum Isenatū non procul à monte hirselberg nomine honestarit. Hæc de Isenacū. Iside Euander, nunc de Pane.

DE PANE.

THEOPHRAST. EVAND.

Pan uniuersi. symbolum πάν

THEO. Panē Arcades uenerati sunt uniuersi symbolum, hoc est uniuersæ materiæ dominum, quia solem esse crediderunt, πάν quod est omne nominantes, & faunum à fando uel innuum ab ineundo passim cum animalibus, quod agrestem deum opinarentur, Faunus. Innuum. Flaccus Mercurialium uirorum custodem dixit, Qui huiusmodi figura pingebatur.

PANOS IMAGO.

Mercurialiū. uirorū custos.

Homo stabat cum sceptro, rubicundus & barbatus, cornibus, pedibusq; caprinis, in ore fistulam tenens, & pectore Pantheræ pellem.

Vbi fistula ferme solem respiciunt Euander. EV. Quomodo? THE. Vt dum regio sceptro rubicundus comparet, & barba prolixa, solis regiam potestatem, splendorem & radios quibus omnem mundum illustrat

intelligamus, quando fistulam tenet septem calamorum, cœli harmoniam septiformi sono distributam recordemur. Seu Panos inuentum. Fistulæ nanque author extitit Vergilio teste, Pan fistulam inuenit.

Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit. In Coridone.

Cornua & caprini pedes, idem recinunt: nam solis naturam representant, sicut enim caprarum est alta pascendo affectare, sic & solis est radios desuper in terras iacular, quos denuo in montibus recollectos iterum sentimus. Pantheræ pellem uarietatem cœlestium Eusebius interpretatur, quibus sol qui mundi dominus est præsidet. Nunc de Concordia. Concordia quid. Pantherę pellis quid figuret.

DE CONCORDIA.

THEOPHRASTVS. EVANDER.

THEO. Cōcordia à Romanis dea uel inde credita est, quod paruas res magnas fieri iuberet, Iuxta illud Salustij dictū, Cōcrodia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur: Hæc templum Romæ habuit non longe à lacu Curtio in monte Palatino, quod ei Liuia Drusilla sumptuose erexerat, in quo sub forma Ciconiæ colebatur, quæ græco nomine Pelargus dicitur sic. EVAND. Cur sub forma auis? THEOPH. Quia Pelargus Concordiæ uel ideo sacer fuit quod in parentes multum unanimitatis & concordiæ præstare uidebatur, & sic uidebatur ut pietati cultricē nominarint ciconiā. Meminit pietatis quæ hāc auis habet. Cōcordia cur dea. Concordiæ templum. Concordiæ imago.

Ciconijs pietas inest.

bet Solinus his uerbis, Ciconijs inquit pietas eximia inest: Etenim quã tũ temporis suis fœtibus educandis elargiũtur, tantum & ipsæ à pullis suis inuicem alũtur, solino consentit Plutarchus, in commentario cui titulus, utra animalia sint prudentiora terrestria an aquatilia. Dicit enim antiquitus reges in summo sceptri figurã Ciconiæ habuisse, & in imo Hippopotami,

Reges in sceptro ciconiam habuere

CONCORDIAE IMAGO.

significandum reges debere plurimi facere concordiam, & uiolentiam cohibere. Est enim Hippopotamus animal efferum ac uiolẽtum, atq; adeo impium quod interfecto patre matrem ineat. Angelus Politianus Heliani scriptoris ductus testimonio sub specie cornicis cultam testatur Concordiam, quod Cornices inter se fidissimæ sint auium, & altera extincta, compar uiduam ætatem agat. Et ita habes Euander de Concordia paucula, si uis de Protheo dicam. EVANDER. Volo.

Hippopotami quid.

Cõcordia cornicis specie.

DE PRO/

DE PROTHEO.

THEOPHRAST. EVANDER.

THE. Protheus igitur Oceani, uel ut quidam uolũt Neptuni & Thetios filius, deus marinus & Phoceo Mirãdulano uanus, ob multiplices & inconstantes formas nuncupatus, multi Aegyptiũ sophistã dixere, quod omnibus omnia quæ uellet fieri posset, nullis linamentis depingi ualuit, nam in quascunq; uolebat fõrmas se mutabat, uelut his Verg. carminibus patet:

Omnia transfõrmat sese in miracula rerum
Ignemq;, horribilemq; feram, fluuiumq; liquẽtem.

Et Lippij.

Flamma, leo, taurus, porcus, bos, fit lupus, unda
Nec rupit uates uincula Carpathius.

Protheus Oceani filius.

Ambiguus Protheus.

Huius inconstantiam huc quidam dirigunt, quod Protheum eximium fuisse saltatorem historijs demandatum sit qui suos effingendũ saltus, nunc humectã liquidamq; expresserit aquæ uim, nũc ignis celeritatẽ motus uehementia, aliquãdo leonis feritatẽ, ac pardalis impetũ, uel si collibuisset uirgulti flexũ Diodorus Aegypti regẽ fuisse scribit, qui ob multarũ disciplinarum peritiã in uarias fõrmas transmutari dictus sit. Cœlius Rhodog. per Protheũ ueritatẽ intelligendam innuit, in qua uariæ rerũ formæ sese obiectãt, maxime ueritatis speciem ostentãtes, quum non ueræ sint, sicut uoluptas est, uera aliquibus beatitudo uisa, quum nihil

Protheus saltator.

Protheus Ægypti rex.

Voluptas per suem.

Tygris iræ symbolum.

Leo ambit. significat.

sit minus quàm per suem exprimimus, item ira crudelitatis conceptaculum, multis grata, quum in primis explodenda foret, hanc tygris representat, & flamma, pulchritudo quoq; terrena draconem pro symbolo habens. Et ambitio ac superbia quibus leo communicat, uel etiam uana de æterna uita opinio, quam per fluuium signamus liquentem, aliaq; huius farinæ infinita. Nunc de Astræa.

DE ASTRAEA.

THEOPHRASTVS. EVANDER.

Astræa Auroræ filia.

THEO. Astræam ex aurora filiam Astræi, qui unus ex Titanibus fuit, ob summam æquitatem, Iusticiam esse dixerũt antiqui, unde & cœli honore hanc dignati sunt, id quod etiamnum sic Aratus indicat.

Astræa cur dea.

Nam cum adhuc terras habitaret Astræa
Nondum uesanos rabies nudauerat enses
Nec consanguineis fuerat discordia nota
Sed post crescentibus uitijs euolauit in cœlum.

Et Ouidius primo transf.

Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.

IMAGO ASTREAE.

Astræa imago.

Pingebatur hæc uirginali forma, aspectu uehementi, & formi-

dabili, luminibus oculorũ atrocibus, et reuerẽda quadã tristitia dignata, uelut hic comparet. Hãc imginẽ Chrysippus dedit, eamq; per se, sic interpretatus est. Iudicem quippe qui iustitiæ antistes est oportere esse grauem, sanctũ, seuerum, incorruptũ, inadulabilem, contraq; improbos nocẽtesq; misericordẽ atq; inexorabilem erectũq;, & arduũ ac potentẽ, ui et maiestate æquitatis, ueritatisq; terrificum. Hæc Au. Gellius noct. Attic. libro 14 capite 4.

Imaginis expositio.

DE HARPYIS.

EVAND. THEOPHRAST.

EVAN. Rogo Theophraste et de Harpyis, Neptuni prodigiorũ patris, & Terræ filiab. paucula dicere præsumas, ne sine corelario, quod dicitur domũ eam.

THE. Hesiodus Thaumantis ex Electra Oceani filia natas testatur, et à diripiendo Harpyias uocitatas, q, in tantũ rapaces fuerint. Nã prima Aëllo dicebatur, quasi ἀελλὼ ἄλλο, id est alienũ tollẽs. Secunda Ocipite, citius auferens. Tertia Celænũ quod nigrũ interpretatur. Has sic scriptores nominant ut significare uideantur, quod aliena concupiscimus primo, hinc expetita inuadimus, postremo harpagatum illatebramus. Cuiusmodi autem monstrosa fuerint Harpyiarum corpora Vergilius declarat.

Harpyiæ unde dictæ.

Tristius haud illis monstrum, nec seuior ulla
Pestis, & ira deũm, stygijs sese extulit undis
Virginei uolucrum uultus, fœdissima uentris

Harpyiarum effigies.

Proluuies, uncæq; manus et pallida semper ora fame.

HARPYARVM EFFIGIES.

Harpyiæ cur uirgines.

Sicut sunt qui scribant ideo uirgines fingi quòd omnis rapina arida sit & sterilis, ideoq; plumis circũdatas, quod quicquid inuaserit rapina, celat, uolatiles autem quod omnis rapina ad uolandum sit celerrima, et sic de Harpyis quæ inter legendum notaui, habes Euander, nunc Parcas aggrediemur.

Harpyiæ cur plumosæ.

DE PARCIS.

THEOPHRAST. EVAND.

Parcæ cur sic dictæ.

THE. Parcas per antiphrasim dictas opinantur quòd nemini parcant. Varro tamẽ à partu nomen habere testatur, quòd partui præsint uel hominis uitæ, quam nendo per candida seu nigra fila ducant, candida, felicitatem, nigra infortunium significantia, id Pe pinius hoc uersiculo breuiter tangit:

Quid per candida & nigra fila.

Iamq; dies aderat Parcarum conditus albo
Vellere. Et Naso in Ibin:
Dixerat, & Clotho iussit promissa ualere
Neuit & infesta stamina pulla manu.

Has item à lanificio, Lanificas uocari Martialis sexto libro

libro ad Aulum ostendit, dicens:

Si mihi lanificæ ducant non pulla sorores
Stamina, nec surdos uox habet ista deos.

Theodontius Demogorgonis filias scribit fuisse eum natura rerum creatas, Sed Cicero Herebi & Noctis qui & fata fuisse credidit & inde fatales dictas putat ad illud Cleantis, ducunt uolentem fata, nolẽtem trahunt, et Senecæ, Fatis agimur, cedite fatis, Martianus deorum scribas nominauit, quòd sententias Iouis studio uirtutis excipiant, Tres autem finxerunt, quas Latini Nonam, decimam, & Mortam dixere A. Gellio teste, à tempestiui partus tempore, hoc est à nono & decimo mense, in quibus secundum naturam pueri nascuntur: Mortam uero ab eo, quod qui nascuntur ante hoc tempus uel post, quasi monstra habeantur, uolunt enim septimo mense raro pueros nasci, octauo nũquam, nono sæpe, decimo sæpius, quam rem Plinius uberrime septimo libro tractat. Has finxerunt Poetæ ut una colum, quod instrumentum nendi est, baiulet. Altera ex hoc filum trahat, Tertia extractum secet, id quod etiamnum quidam hoc uersiculo docet:

Fatales.

Deorum scribæ.

Nona.
Decima.
Morta.

Quo mense uer nascat.

Clotho ferto colũ, Lacheſis trahat, Atropos occet uelut hic comparet.

Parcarũ imago.

TRIVM PARCARVM DVCTVS.

Quid Parcæ significent.

EVAND. Apuleium tres Parcas tria dixisse fata memini Theophraste in Cosmographico libro, Vbi quod in fuso perfectum est præteriti temporis habere speciem asserit, quod torqueatur in digitis momẽti præsentis interuallum, Et quod nondum ex colo tractum, subactumq; curæ digitorum est, futuri & consequentis seculi respectum, Lactantius Firmianus hanc Mythologiam hominis uitæ adscribit, ait enim hominem incipere hoc est colum baulare cum nascitur, filum trahere quũ uiuit, ac desinere quum Atropos filum secat. Hæc de parcis Theophraste.

DE GRATIIS.

THEOPHRAST. EVAND.

Graciæ Ægles & Solis filiæ.

THEO. Gratias duas in religione Lacedæmoniorum habuit pietas, quibus Athenienſium unam adiecit, quas omnes Antimacho teste Aegles fuisse et Solis filias fama habuit. Phurnutus Ioue progenitas ex Euridemone testatur, quòd domus maxime inclitæ atq; insignes munera soleant ac beneficia in alios cõferre, Quidam Iouis ex Eurinome prolem, quòd qui amplas consequuntur sortes benefici ac liberales esse consueuerint, Nonnulli matrem Iunonem dixerunt uelut deorum omnium nobilissimas, Cicero Herebũ patrem fecit, & Noctem matrem, Sed alij ex Libero patre & Venere ortas fabulantur, quòd munere amborum, maxime gratias nobis familiares faciamus, Homerus unam de tribus Vulcani uxorẽ fuisse scribit, ideo fortasse

Cur ex Eurinome.

Cur ex Bacho & Venere ortæ grat.

fortasse, quod artificiosa eius opera Gracijs essent referta: nam mulierem illam Gracijs sacra facere, cũq; Gracijs habere cõmercium dicimus, quæ formosissima est ac uenustissima. Harũ ædes in medio foro steterunt antiquitus, ut gratia meriti cuiuis in promptu foret, atq; ad promerendũ quisq; esset facilis & expeditus. Harum nominat Orpheus primã Aglagiam, hoc est lætitiam, quod merito lætari debeant qui dant & qui accipiunt beneficium ea causa quoque Charites uocãtur, Alteram Thaliam id est uiriditatem, quod beneficium uirescere perpetuuo debeat, Et tertiam Euphrosinem quod etiamnum delectationem sonat, Eas ternario dimensi sunt numero Græci, secundum quòd tres distincti actus sunt dare accipere, & referre. Primo enim, quæ possumus, animo pacato elargiri conuenit, secundo elargitã gratanter sunt accipienda, & denuo accepta beneficio compensanda. EVANDER, Quo linearum ductu Gratias depictas uidisti, Theophraste?

Gratiarũ habere commercium quid.

Aglaia.

Charites.

Thalia quid.

Euphrosine quid.

Gratiæ cur tres numero

THEOPHRAS. Vt una earum faciem teneret auersam, & duæ nos aspicerent nudæ, manibúsque connexis, ut sequitur,

Gratiarũ imago duplex.

GRATIARVM IMAGO.

In Elide primam tenuisse rosam Stephanus scripsit, secundam talum, tertiam ramum mirti, qui rosam & myrtum Veneri sacras fuisse docet, & talum puellarum lusum. EVAND. scyrpi nodum solue prioris imaginis, & dic cur una auersa duæ nos respiciant? THE. quod profecta à nobis una gratiarum duplex reponenda ueniat. EVAND. sed cur nudæ omnes? THE. quod beneficia fuco carere debeãt, nullóq; uelamine obtegi. EVAND. Connexis cur manibus & insolubiles? THE. quod beneficium semper beneficium pariat, perpetuumq; gratiarum sit fœdus. EVAND. ast cur ridentes finxerunt? THE. quod promerentiũ uultus sunt hilares. EVA. & iuuenes. THE. quia beneficiorum memoria non debet senescere. Virgines item, quod incorrupta esse debeãt beneficia. Tamen si plura de harum dearum apotheosi cupias, Senecam legito de beneficijs ad Eubutium primo libro. & Alexand. ab Alex. libro quinto genialium dierum, primo capite.

Gratiarũ una cur aucta.

Gratiæ cur nudæ.

Cur manibus connexis.

Cur ridẽtes.

Cur iuuenes.

Graciæ cur uirgines.

DE ORPHEO.

THEOPH. EVANDER.

THEOPHR. Et Orpheus, quem optimam uocem interpretantur, uel ut alijs placet, Apollinis & Calliopes musæ filius, optimus cytharœdus, deorũ quoq; collegio redditus uel ideo fertur, quod cytharæ sono, cantusq; dulcedine bestias ad se quasq; traxerit, uolueres, fluuios, saxa & syluas, atq; Euridicen suam uxorem serpentis ictu mortuam, cantu Plutone mitigato, ab inferis reduxerit quem sic pingebant. Stabat homo philosophico habitu trabeatus, cytharam pulsans, ut ferociſsima eius pedes animalia blanditer lingerent, montes uertices erigerent, & in eius seruitium sese deflecterent arbores, hoc modo. Vbi si liquida detracta

Orpheus Eagri filius.

ORPHEI IMAGO.

Euander, Orphea eloquentem & magnum philosophum fuisse deprehendes, qui trecenti uerborum lenocinio, aptisq; phiolosophiæ præceptis, homines bestialiter uiuentes, ex feris immanibus mites mansuetioresq; cicurando fecerit, Palephatus tamen aliter interpretatur, Nam in Pieria quandoq; Bacchas hoc est fœminas furentes orgiorum tempore ouium pascua dilaniasse scribit, unde incolæ suis uxoribus & filiabus quoq; timentes, Orphea ad eas miserint, qui cytharæ sono earum furorem sic placarit, ut singulæ primum ferulas discedẽdo arrigerent, hinc quædã arbores integras eruerent, quædam frondes saltem decerperent, ut Orpheum sequerentur. Propter quod inter Parnaßienses Orpheum cantus dulcedine siluas de montibus traxisse fama orta sit. Hæc de Orpheo.

DE

DE PERSEO.

THEOPHRASTVS EVANDER.

Gorgones. Georgones.

THEOPHRASTVS, Perseum quoque Iouis ex Danae filium & Asiæ regem, sua facta dijs ascripticium fecerunt, Is enim Medusam interfecit cum duabus sororibus quas Gorgones quasi Georgones, Fulgentio teste, nominabant, quòd Asiam colendo fructificandoque auxissent, uirgines quippe monoculares & serpentibus capillorum uice comatas, omnesq; se se aspicientes in saxa uertentes. Huius iconem sic formabant. Vir alatus stabat Persico ense armatus scutũ tenens crystallinum, Minerua cum tribus mulieribus astante, & Pegaso equo alato qui ungula terram foderet, sic ut sequitur.

PERSEI IMAGO.

EVANDER, Ast quomodo iconam interpretaris Theophraste? THEOPHRASTVS, Sic

Sic, Perseus qui dum nauibus, unde alatus effictus est, Asiam attigit tres interfecit sorores, hoc est tria terroris genera, Primum Stheno quæ debilitas interpretatur, Secundum Eurialem quæ lata profunditas, Tertium Medusam quod inuisibilem sonat, Hos ergo tres Perseus Mineruæ, hoc est sapientiæ terrores interemit præsidio, scutum ostentans, speculi loco crystallinum, quod omnis terror non solum in corde sed etiam in figura tanquam speculi adminiculo notetur. Euse/bius has tanta pulchritudine effloruisse scribit fœminas, ut uiros omnes fascinatione quadam, in lapides hoc est stupidos & excordes uertisse dicerentur. Sed equum alatum, famam exponit Fulgentius, sapientia enim dum terrorem amputat, famam generat, quæ uolare dicitur, id quod Tiberianus significat, quum inquit, Pegasus hinniens trռsuolat æthram. Et sic de Perseo paucula quoque habes Euãder. EVAN. Et de furijs etiam ascripticijs pro corollario quædam ostende. THEO, Ostendam, attende

DE FVRIIS.

THEOPHRASTVS EVANDER.

Vltrices. Diræ. Eumenides.

THEOPHRASTVS, Tres ueteres inferni coluerunt deas etiam indigetes Acherontis & Nocis filias, quas ob uindictam Vltrices nominarunt & diras ab effectu, Eumenides quoque per antiphrasim quasi minime mites, εὐμενὲς enim mitem ac propicium sonat, Coluerunt eas nõ ut prodessent, sed ne uin/di/

dicandi nocere uellent. Harum prima Alecto est, altera Tisiphone, tertia Mægera, quæ pingebantur truculento aspectu, Flagellis armatæ & capitibus crinium uice serpentibus amictis, sic circa has notabis, Euander ualorem, & posse in ultrico nominibus contineri.

DE FVRIIS.

Alecto enim implausibilis interpretatur, Tisiphone, ist rum uox, & Mægera magna contentio, sic ut prima statim in furorem trahatur, secunda in uocẽ erumpat, tertia iurgium protelet. Eumenides recte quoq; minimeq; per antiphrasim hæ dicuntur, propter effectum quo utuntur, dum magnam in homines dirigũt benignitatem, uindicando scelera, ignis, flagelliq; medio. EVAND. Recte quidem, cur autem serpentes pro coma tenent. THE. Vt imaginationem maleficis incutiant futurum esse, quod pro delictis denuo pœnas sint daturi. Hæc de furijs, iam complicabo uela Euander hac spe fretus, quod alij doctiores sint futuri, qui doctius

Cur serpentis pro coma.

doctius exactiusq; de dijs sint scripturi, supereſt saltem, ut candidus lector, pro candore quo præditus est, boni consulat, quæque ille neglecta arbitratur, ipse diligentia pro uirili compleat. Is benedictus sit, qui uerus & sempiternus omnium deorum deus est,

qui cuncta ui & potentia roborat,
lenit, mulcet & uiuifi-
cat in secula,
Amen.

INDEX DEORVM, EX QVO FACILE OMNIA alia lector percipere potest.

Dij primi libri.

DE Ioue pag. 1
De Iunone 14
De Apolline 22
De Luna 23
De Mercurio 35
De Minerua 41
De Marte 47
De Venere 51
De Vulcano 60
De Vesta 64
De Neptuno 66
De Cerere 67

Dij secundi libri.

De Iano 72
De Saturno 76
De Genio 80
De Plutone 81
De Baccho 84
De Tellure 91

Dij tertij libri.

De Hercule 94
De Aesculapio 99
De Flora 101
De Aeolo 102
De Priapo 104
De Cupidine 107
De Volupia 111
De Harpocrate 113
De Angeronia 114
De Osiri 115
De Isíde 118
De Pane 120
De Concordia 121
De Protheo 123
De Astræa 124
De Harpijs 125
De Parcis 126
De Gratijs 128
De Orpheo 130
De Perseo 132
De furijs tribus 133

FINIS.